at vnusquisq; vestrū vas suū possidere i sanctificatione ⁊ honore. Viri vtiq; vas est uxor illius: ⁊ econuerso teste petro apostolo qui ꝑme canonice sue.c.iij.ait: Infirmiori vasculo.id est.uxori honorem impartientes. Tunc autem quilibet eorum suū corporis vas recte possidet cum illud ꝑm iudiciū recte rationis frenando regit. Sed quia apostolus.j. Corinth.vij.ait: Mulier sui corporis potestatem non habet sed vir: Similiter autez et vir sui corporis potestatem non habet ꝑ mulier. Queranꝫ ad clariorē declarationē tria.

Articulus primus sub titulo questionis de potestate quā habent coniuges in pari suo quo ad debitum nuptiale.

Primo nanq; queritur an huiusmodi apostolica sentētia ita intelligatur q; vnusquisq; ꝓiugum teneatur compari suo debitum reddere quotienscūq; ⁊ quomodocūq; ⁊ quandocunq; petierit illud: qō prima facie sic intelligendū esse videtur. Ad qō ꝑm docto. dicendum est q; circa debituz mꝫimoniale tres veritates ꝓsiderande sunt. scilicet q; in eius vsu. Primo debet esse temperātia moderata. secūdo obedientia ordinata. tertio prudētia discreta.

Per tria frena rationabiliter refrenari debet debitum coniugale. Capitulum.j.

Prima nanq; veritas est q; reddi vel exerceri debet mꝫimoniale debitum cum tempantia moderata Tria siquidem frena teneri circa hoc debent in rationis manu. Primū itaq; frenū est q; non solum ius sit ibi ꝓprietatis: vt non nisi cum ꝓpria ⁊ legitima uxore fiat: verumetiaz q; stet infra limites mꝫimonij veri: videlicet q; cum illa nō cum alia si non cēt uxor hoc nequaq; faceret. Nam ꝑm Augl. et alexan. de hal'. Si excedit limites mꝫimonij videlicet q; etiam licet non esset uxor hoc idē faceret: tunc mꝫimonialis actus semper mortale peccatum est. Unde hieron. Et habet' xxxj.q.iij.c.origo: vbi sic ait: Origo quedā honesta erat amoris. scilicet causa vitāde fornicationis: sed magnitudo deformis: nihil āt interest ex qua honesta causa quis insaniat. Unde ⁊ sextus in sententijs. Adulter est inquit in suam amatorem ardētiorem. Jn aliena q;pe uxore ois amor turpis est in sua nimius. Sapiens iudicio debet amare ꝓiugem non affectu: non regnet in eo impetus voluptatis nec preceps feratur ad coitum. Nihil est fedius q; uxorem amare. q. adulterā. Hec hieron. Secundū frenū est q; non fiat tpe menstruoz cōmunic' ꝓtingētiū: quia ꝑm hiero. et Isido. lib. ethymol. est i periculū mēstruorum ꝓceptuū ⁊ vltra q;ndam horrendā ⁊. q. insatiabilē seu incontingendā ⁊ merito abscondēdā immūdiciā secum gerit: vnde ꝑsumitur affectus tunc ꝓuenientiū ad carnalem immūdiciam nimis esse ꝓcliues. Unde Leuit. xviij. morale preceptū datur ad qō etiam obligamur in noua lege vbi dicitur. Ad mulierem que patitur menstrua non accedas: vbi glo. necessario tunc vtriq; ꝓtinentia indicit. Et Ezech. xviij. Ad mulierem menstruatam non accesserit: vbi glo. ꝓcipit vt non soluz in alienis sed etiam in suis modū ⁊ tempora seruant. Unde ꝑm Bonauē. i. iij. di. xxxij. Tēpus menstruoz aut est ꝑm naturā cōmunez scilicet semel in mense: aut preter naturā cōmunem. et sic quilibet eoz potest petere et exigere si nimis duret quia filij tunc non generant: ⁊ ideo non est periculum. Si aūt fit ꝑm naturam: aut ergo reddit violēt aut ex ignorantia ⁊ tunc excusat: aut reddit libent ⁊ petit scienter ⁊ tunc peccat mortalit': quia facit ꝓtra preceptum morale. Scōm autem Alex. de hal'. exigere scient est peccatum mortale: reddere autem petenti cuius non timet probabilit' periculū non est peccatū mortale. Quare autem reddere debitum tunc non sit mortale sicut exigere ꝑm Bonauē. ratio est: quia exigere est in voluntate hois: reddere autez in necessitate viri vel mulieris. Non enī precepit deus in veteri lege non reddere sed exigere. Exigere autem contra diuinū ꝓceptū manat a lege carnali. Reddere autem vt predictum est manat ab obediētia mꝫimoniali. Tho. autem addit q; mulieri passionē suam non est semper tutum viro ꝓprio indicare ⁊ maxime si sodomitico peccato est infectus ne exinde ei uxor aboiabil' fiat sicuti talib⁹ facile fieri solet. Si autem uxori de viri prudentia et bonitate constat tunc ei honeste reuelare potest. Hec autem cum multa discretione in pulpito tractanda sunt. Et prius mulieres hortande sunt dulciter ne erubescant de his que absq; peccato ministrat natura: sed de his que non carent mortali culpa. Solent nanq; mulieres multum erubescere talia audire nisi multum caute ⁊ discrete tangant et

UVA. BHSC. IyR_032

sobrie. Tertium frenum est q modus coeundi contra naturam non fiat. Duplicit autem fit contra naturam ſm Tho. in. iiij. Primo modo quando prętermittit debitum vas. secundo si prętermittit debitus modus a natura statutus q̄tum ad situm. In primo quidem semper mortale peccatū est: quia prolem sequi non potest: ꝛ sic totalit intentio nature frustratur. In secūdo autem non semper est mortale vt dicunt quidam: potest tamē q̄q̄ esse signum mortalis ꝓcupiscentie ꝛ esset peccatum: tunc autem quando amplius a dispositione naturali recedit tanto ḡui⁹ est. Q̄q̄ autem potest subrepto esse vt cum alterum modum non patitur dispositio corporalis. Eodemq̄ modo excusari potest ſm Guil. si ꝓpter egritudinem vel ꝓpter piculum suffocandi fetum in vtero manentem aut ꝓpter aliam rationabilē causam fiat. Q̄tum autez peccatum sit cum ꝓpria vxore peccare contra naturam ostendit Aug⁹. xxxij. q. vij. c. adulterij malum. Adulterij maluz vincit fornicationē: vincit ab incestu: peius est eni cuz matre q̄ cum aliena vxore concumbere: sed et oiuz hoꝛ pessimū est qō ꝓtra naturā fit. Et sequitur: vsus qui est contra naturaz execrabiliter fit cum meretrice sed execrabili⁹ est cū vxore. O quot indicibilib⁹ ꝛ execrabilibus ꝛ quot incredibilib⁹ modis viri abutunt vxoribus suis: quis vnq̄ exprimere honeste posset: non vtiq̄ videntur copule coniugales ſ abusiones porcine ꝛ vltra q̄ bestiales. Et licet vxores q̄q̄ sint male contente: tamen q̄cunq̄ modo consentiūt non effugiunt tam horrendū facinus qō sceleſtius fit q̄ peccare cum ꝓprio patre. Potius deberēt ꝓprio patri cōmisceri ſm naturam q̄ cum marito cōtra naturaz: sicut ex Aug⁹. verbis clari⁹ patz Pensęt nunc mulier q̄ libenter assentiret in hoc ꝓprio patri. Cur autem ꝓsiderare debz q̄tum scelus sit cuz matre miscęri: ꝛ grauius hoc monstratur ꝓpria vxore abuti.

Qua obedientia sunt coniuges inuicem obligati quo ad debitum coniugale. Cap. ij.

Secunda veritas est q reddere debitum coniugale debz esse cū obedientia ordinata. Duplex obediētia distingui potest. scilicet regularis ꝛ ꝓiugalis. Regularis quidem per votū astricta est: ꝛ tamen nullus subditus obedire tenetur prelato suo in his que sunt contra articulos fidei: vel contra precepta vel ꝓhibitiones dei vel contra generale statutum ꝛc. hmōi. Unde. xj. q. iij. c. non eni semper: vbi dicitur. Non eni semper malum est obedire precepto. Cum eni prelat⁹ iubet que deo cōtraria sunt tunc ei obediendū non est. vbi dicit glo. q inferior non solum obedire nō debet cum preceptum est iniustum: sed etiā cuz ei est inhonestum. Secūda obediētia est cōiugalis: que quidem carnalibus concupiscentijs necessario est cōmixta: quapropt incredibile est q talis obediētia strictior ꝛ imitatior sit q̄ obedientia regularis. Cum obedientia euangelica ꝛ regularis iuxta mensuram ꝓprie pfessionis ꝓprięq̄ salutis limites certos habeat sibi prefixos: indubitanter ꝓphanum est dicere q obedientia ꝓiugalis sit ita artans supra omnem limitē sobrietatis ꝓ prięq̄ salutis: q ꝓiunx non solum semp sed ad semp obedire teneatur cōpari suo. Ac si quisq̄ aperte dicat q si exigat hoc cōpar semper in luto degere teneatur: semperq̄ in illo agitari vt porca. Absit q sanctitas coniugalis ꝛ sacra coniugia populi dei ꝛ membrorum christi ad talem rabiem ꝛ sordiciem sint astricta. Quapropter tenendū est q nullus ꝓiugum obedire tenetur alteri in cōmercio ꝓiugali sub quocūq̄ modo qui nimis fortiter nimisq̄ aperte ꝛ periculose disponat ꝛ inclinet animū obedientis ad precipitiū mortalis peccati: ꝛ in notabilē ac periculosaz dissipationem virtualis honestatis ꝛ pudicitie sancte spiritualisq̄ vite ꝛ charitatl in domini precepto habende. Impossibile eni est q huiusmodi obedientia diuino iure transcendit limites charitatl diuine: aut q obliget ad aliquid qō contrarium est saluti anime sue: aut pudicitie sancte ꝛ honestati siue etiam spirituali ꝛ christiane vite qua homo tenetur carnem spiritui subiugare. Unde sicut nemo sane mentis diceret: q vxor debeat obedire compari suo ad concubēdū in sacro altari vel in alio sancto loco: sic nec dicere debz q ad ꝓcubendū die noctuq̄ ꝛ quasi infinities sibi debeat obedire: quia esset vtiq̄ maioris impudentie q̄ in cane.

Qua prudentia se debent inuicem coniuges regere quo ad matrimonij actum. Cap. iij.

Tertia veritas est q circa mrimoniale debitū debz eē prudētia discreta. In oib⁹ nanq̄ officijs et actib⁹ vtuosis vna oib⁹ neq̄q̄ pōt poni mēsura sic patz ifesu ꝛ potu: qr qō erit nimiū

UVA. BHSC. IyR_032

vni erit alteri parū: ꝛ cibus expediēs vni no ꝛius fiet alteri. Sic vtiq; in cōmercio mſimo niali vna oībus nequaq; poni potest mēsura: sed necesse est attendē diuersas ꝛ singlas circūstantias ꝓsonaꝝ ꝛ maxime quo ad tria. Primo quo ad coꝛpales eoꝝ dispositiones scz iuuētutis ꝛ senectutis: debilitatis ꝛ foꝛtitudinis: sanitatis ꝛ infirmitatis: ꝛ sic de ꝓsimilibus. Tertio quo ad dinos gr̄arū influxus ꝛ spūales visitatiōes: q̄busdā eni ꝓiugum sicut ego iam pluries reperi adeo q̄q; imittit tantus carnaliū hoꝛroꝛ: tantus deuotionū ꝛ gustuum appetitus: q; absq; summo hoꝛroꝛe ꝛ magna difficultate nequeūt debitū reddere cōiugale: ꝛ tunc deus certe in parte ad redditionē hmōi debiti p spūssancti ꝓuatā legez que cōi legi p̄iudicat videt aliqualit impedire. Ad p̄figendū tamen in singulari mensuram hui⁹ obedientie ne mens declinet p deuia latitudis carnis vel ꝓscientie scrupulose tres virtutes spūalit ꝓsulende sunt que maxime p mulierib⁹ dici possunt tres ꝓsiliatrices. ſ. discretio: ꝓscientia: ꝛ charitas. Hic ꝓsulēda est p mentis ꝓsideratione virtus ꝓpꝛie discretionis ꝛ pꝛudētie que discrete ꝓsideret i sez in coꝛpoꝛe suo coꝛpales ꝛ mētales dispositiōes et gr̄as spūales. Conscientie q̄q ꝓpꝛie ordinatus instinctus examinādus est. Charitas eti am per quedam charitatiuū sensum tam ꝓpꝛie salutis q̄q coꝛpis sui pensanda est. Si autem hec sufficere non vident: potest p̄refigi discrete mensura hec p ꝓsilia pitoꝛum ꝛ spūalium ꝓfessoꝝ. Peritoꝝ dixi quia multi sunt ñ piti ꝓfessoꝛes: sed inscij ꝓfessoꝛes ipsi ceci fiēt cecoꝝ duces Mat. xv. c. Cecus si ceco ducatum p̄restet: ambo in foueaz cadunt. Spūalium ꝙo dixi: quia plurimi sunt nimis fauorabiles ad ꝓsilia carnis p eo q; de dino spū et suauitatib⁹ eius parū vel nihil gustāt. Memo eni dat q̄ nō habet. Et sicuti apls. j. Corinth. ij. ait: Animalis hō nō pcipit ea q̄ sūt spiritus dei: stulticia eni est illi ꝛ nō pōt intelligere quia spūalit examinat. Spūalis autē oia dijudicat. Ideo aūt spūalib⁹ in dei spiritu illumiatis talia ꝓsilia querēda sunt. Qui eni taliū spūaliū donoꝝ non habent exp̄imētum puipendūt ꝛ negligūt impedimentū spiritualiū gr̄arum ꝛ deuotionū in alligatis ad negocia carnis ꝛ ꝓpterea plus debito stant cum ꝓsilijs huiusmodi ligamēto ꝛ parum p vinculis dini amoꝛis. Sed dici p̄t illi qui talibus ꝓsilijs credit. Amice caro ꝛ sanguis reuelauit tibi. Contra quos Hierony. ꝓtra Jouinianū lib. vlti. circa finem sic ait: Semper pseudo ꝓphete dulcia p̄dicant ꝛ ad modicū tempis placet. Amara ꝙo est veritas: ꝛ q̄ eā p̄redicant replent amaritudine. Egregia sane voꝛ raro ieiunate: creb̄ius bibite: nō eni potestis implere opa nuptiarū nisi mulsum et carnes ꝛ vinū electū sumpseritis: viribus opus est ad libidinē. Et paulo post his ꝓsilijs bubulci tui pastoꝛib⁹ nr̄is ditioꝛes sunt et hirci plurimas secum capꝛas trahūt: equi insaniētes in femīas facti sunt: ꝛ in placentias suas ꝓthnephas scripturarū solant exemplis. Sed ꝛ ipse mulierc̄ule misere ꝛ miserabiles p̄ceptoꝛis sui verba calcātes. Quid eni nisi semen req̄rit deus non solū pudiciti am sed etiaz verecundiā p̄diderūt: maioꝛiq; ꝓcacitate defendunt libidinem q̄q exercēant hucusq;.

Articulus. ij. sub titulo questionis q̄n coniuges possunt vl̄ debent licite coniugale debitū.

Secūdo querit ꝓpter eandez aplī sententiā. ſ. q; mulier potestatē sui coꝛpoꝛis non habet ꝛc̄. Si peccat mulier si ad bīplacitū viri sui licz inoꝛdinatū tamen reddit sibi debitū postulāti. Nam peccare videtur ꝓpter multa. Primo quia sibi videtur dare causaz foꝛnicationis aut extraoꝛdinate pollutiōis: ꝛ sic p ꝓsequens dare sibi videt occasionē p̄clitandi. Secūdo quia dat illi occasionē eam odiendi et domestice discoꝛdie: ex qua sepius non solum ipsi sed totum regnū ꝛ trāquilla pax familie perturbatur. Tertio quia ipsa mariti salutem ꝓcurare ꝛ ꝓseruare tenet ꝛ non consentiendo videlicet eum ruere in peioꝛa ꝓpt quod videtur q; ei debeat ꝓsentire. Ad que oia per tria notabilia rñdendum est.

Q̄ nemo in matrimonio non moꝛtaliter vel venialiter peccet compari suo reddere debitum. Capitulum. j.

Primū notabile est q; quilibet amplius obligatur moꝛtale peccatuz vitare i se q̄q in q̄cūq; altero. Et h̄ intm̄ q; fm Aug. in lib. ꝓtra mendaciū. Pro nullo moꝛtali i altero euitādo oꝛ hō scienter

UVA. BHSC. IyR_032

venialiť peccare. Et Anſhel. in li. Cur deus hō. ꝓpter deberet hō totū mūdū ꝓmittē pire ꝗ facere mimū nutum ꝓtra voluntatez dei. Unde. xxiij. q. ij. c. si ꝙs. sic inquit Aug⁹. Si quis ad te ꝓfugeret qui de mēdacio tuo a te liberari posſit non eris mentitur⁹. Os enīz qō mentiť occidit animā. Et ibidem. c. faciat idem ait: Faciat homo etiā ꝓ tpali salute hominū qō potest: cū autem ad hoc ventū fuerit vt tali saluti nisi peccādo ꝓsulere nō posſit tūc se existimet non habere ꝙd faciat. Ad hoc idez xxiij. q. ij. ne quis arbitreť: et ex de vsur. c. super eo. Hoc idem sentit Aug⁹. sup ps. expo. illud verbū ps. Perdes oēs q̄ loquunť mēdaciū. Et etiā Greg. exponēs idem ps. verbum in. xviij. moraliū. c. ij. Ex ꝙbus oib⁹ patet ꝙ mulier non teneť ꝓ vitanda fornicatione in marito ꝓprio vel altero malo in corpore suo aliꝙd facere qō sit ineuidēs piculū salutis ꝓprie aut in euidentē offensaz alicuius diuini p̄cepti: cum ſm apl'm Rhoma. iij. Nō sunt faciēda mala vt eueniant bona. Nec miretur quiſq̄ si viro negat qō sui iuris esse videtur. Nam cum ꝓtra rōnem debitū postulet non querit sibi de iure debitū sed iniurio se querit recipe alienū: ꝓpterea iuste et meritorie sibi poterit denegari. Unde sicut dño infirmāti vel furibūde irascenti et ab ancilla ꝓpriū vinū vel gladiū postulāti: ab ancilla licite et salutifere denegať. imo etiam de talis dñi manibus aliq̄ licite amoueť. Et licet illi dño tunc displiceat tamē ad rectā rediēs rationem ꝓsolať. Sic viro petenti comparī corpus tanq̄ suū: potest et q̄q̄ debet in ipsi⁹ petentis ꝓtra salutem aliq̄ pie et licite denegari. Et tūc maxie poterit fieri q̄ ꝓbabiliť speratur ꝙ non ex hoc in fornicationē ruet sed potius a ꝓcupie vitio magis ac magis ex hoc sanabiť in futurū: ad diuinūq̄ amorē ac spiritaliū societatē cum compare suo in bono habendaz plenius ꝓducere: q̄uis ꝓ tpe ex suo vitio moleſteť. Precipue etiā tunc salutifere licet q̄si alter ꝓiugū scit hoc ita discrete et rationabiliť denegare ꝙ modus ipse fugiendi sine negandi in altero stimulos libidinis commūit et caste ꝓscientie stilum acuit: augetq̄ in ipso reuerentiam in negantem et piam deuotionem.

Q̄ per triplicem ꝓuidentiaz potest quilibet coniugum effugere debitum reddere comparī suo. Capitulum. ij.

s Secundū notabile est ꝙ sicut ꝺ sanctissima elisabeth et ꝗdusdam aliꝯ feminis sanctis legim⁹ multī sanctis et honestis modis p̄t pudice et ꝺuote mulieres suoꝝ viroꝝ carnales aspectus ꝓcupias et amplex⁹ et ꝗscunq̄ ꝓcubitus ꝓuidenter subterfugere tam ꝓ salute ꝓpria q̄ etiā ꝓ salute et vtilitate viroꝝ suoꝝ: Qō ꝙdem varūs ꝓuidentib⁹ modis fieri p̄t. Primo ꝙ exempla sanctitatī et deuotiōis et oīmode honestatis abiiciendo a se oēm ambiciosam pompā vestimētoꝝ et vanitatū. Nam in monstrādo se velle honestatē cum compare suo custodire: vanitatesq̄ et pompas cozam aliꝯ ostentare nihil aliud est q̄ suā fictionez ostendere et de se suo viro zelotypiā generare. Scō ꝙ multiplices sermōes rōnabiles et pias suasiones sicut q̄ ex eoꝝ corde ꝓcedit nouerūt facere in optatis mulieres ꝓudentes. Tertio ꝙ cautas et ꝓuidas dissimulatiōes: sicut vxorē surgere de mane bona hora: de sero tarde ire dormitū: et sic de ꝓsimilib⁹ quas cauta et circūspecta ꝓudētia docet. Per hos eteni modos sepi⁹ factū est ꝙ tales mulieres deuote et sapiētes tanq̄ sctissime et castissime a viris ꝓpriis sunt dilecte et maxia reuerētia venerate. Sepi⁹ eteni est ꝓbatū his modis carnalem virū per castā ꝓiugem sctificatū eē et econuerso.

Ex quib⁹ iudicijs patz ꝙ homo reddere debitum non teneť. Capitulum. iij.

t Tertiū q̄ notabile est ꝙ alter ꝓiugum longa experientia didicit ꝙ ex freq̄nti et ꝓmpta redditiōe debiti suus compar nullo modo ad meliora dispo nitur: nec a carnali impietate retrahiť: nec imposterū ꝓ hoc retrahēdus ꝓsumiť: q̄n potiꝰ semper in se perseueret durus: in proximuz impius et oīno a deo separatus et alienus. Non ꝙ caste coniugi tantopere est curandū vt semper ad votum satisfaciat libidini indurati cordis et obstinati. Et precipue vbi diuinorum charismatum vberem ꝓuentum ex hoc sibi subtrahi apertissime experiť. Puto enim ꝙ omnis diuinitus instigatus et accensus ad altiora dona si in consimili casu talis coniugis poneretur aliter iudicaretur. Maz lucta carnaliū et pugna cum spū suo et detrimentorum experientia comꝓbata ipsum tūc expimentalius et efficacius edocet. Non ex his aliquo modo intendo quin ꝓfatum

UVA. BHSC. IyR_032

debitū inq̃tū debitū est nō debeat sp reddi.

Articulus.iij.sub titulo questionis q̃ in duobus casib⁹ quibus mortaliter peccat non reddens debitum compari suo.

t Ertio est querēdū ꝓpter idē apostolicū verbū. ¶Mulier sui corpis potestatē non habet ⁊ ecōuerso. ¶An obediētia mr̄imonial⁹ act⁹ ad comparem suū ita sit arta: q̃ ois nutus seu simplex petitio hui⁹ debiti ad obediēdū tāq̃ ex necessitate in piculū mortalis pcti astringat. Ad qō dicendū q̃ non. ¶Ratio hui⁹ ē: qr si ad hoc astringeret obediētia hec longe strictior esset q̃ obediētia ecclesiastica vel regularis que solū astringit ad mortale peccatuz qñ exp̄sse manifestat̄ p vocem vel litteras vl aliqō aliud euidēs ⁊ manifestū signum. ¶Duplex tñ potest esse causa siue ratio de necessitate salutis obligās ad mortale si mr̄imoniale debitum non reddatur.

Q̃ cum discretione exactus si non reddit debitum mortaliter peccat. Capitulum.j.

p ¶Rima ē exactio siue vrgens petitio qr in petente multū differt inuitatio simplex vel petitio a vexatione ꝓceptoria vel cogēte. Q̃ñ nisi p sig̃ que cunq̃ sufficient̄ appareat q̃ ꝓcise ⁊ cogent̄ petens intēdit debitū sibi reddi: nō obligat cōparem ad reddendū ex necessitate ꝓcepti. ¶Magna tñ est differētia int̄ vexatiōes ⁊ ꝓcepta que obligant ad debitū reddendū vxores: ⁊ illa que obligāt viros: qr euidentiores vexatiōes expectare p̄nt ꝓiuges q̃ mariti. Cui⁹ triplex pōt esse ratio. ¶Primo qr mulieres verecūdiores sunt ad expetendū q̃ viri. Secūdo qr talis petitio vilior ⁊ ignominiosior est mulieri q̃ viro. vñ ꝑm naturalē instinctionem ⁊ cursum poti⁹ hñt rōnē patientl ⁊ suscipientis q̃ exigentl ⁊ stimulantl ⁊ rōnem subditi plusq̃ dñantl: ⁊ ideo petitiōis improbitas maiorē impudētiā sapit ⁊ turpius stat in eis q̃ in viris. Tertia rō est qr mulieres magis sunt sub regimie viri q̃ ecōuerso.

Q̃ñ hō ñ exact⁹ tenet reddere debitum compari suo. Cap̃.ij.

s Ecūda exactio obligās ad reddendum debitū ꝓiugale ē euitatio imminentis piculi fornicatiōis vel alterius carnalis pcti in cōpare suo qr nō euident̄ apparet dz alt̄ alteri debitū reddere etiā non req̃situs: ⁊ maxime in hō astringitur vir vxori plus q̃ ecōuerso: ꝓpter has tres rōnes imediate ꝓtractatas. Ex p̄dictis igitur patere pōt q̃ta diligētia p̄ceptū apostoli ꝓseruandū sit: vt sciat vnusq̃sq̃ vestruz suū vas possidere in sanctificatiōe ⁊ honore. cum sit mr̄imoniū tante sanctitatl. qō obseruare p suā gr̄am vobis ꝓcedat legitim⁹ sanctissim⁹ ⁊ pudicissim⁹ aiarū sponsus dñs noster Ies⁹ chr̄ist⁹: qui cū p̄re ⁊ spūsancto viuit et regnat in secula seculoz Amen.

Dñica.ij.in.xl.infra diem de pudicitia coniugali. Ser.xviij.

Ciat vnusquis

s q̃ vxm suū vas possidere in sctificatiōe ⁊ honore. Iterū vbi.s. ¶Tanta quipe ē necessitas ac cō seq̃nda vtilitas in hac materia explicāda: vt et dicēdi discretio audaci dilectione indiscreto imo pnitioso silentio silentiū ponat. ¶Rara siqdē auis est in terra huiusce mōi sermo et rarissime p̄dicatus: nec piget honestat̄ p uidos amatores nec vtiq̃ supfluū putāt multa hoc mane relicta sunt pleni⁹ hos explicare cum ad noticiam hoz non indocte aplus iterū nos cōmoneat ⁊ ad hoz intelligentiaz iterum exhortet di. Sciat vnusq̃sq̃ vestrum suum vas possidere in sanctificatiōe ⁊ honore. In quibus verbis solerti aduersiōe pēsandum est q̃ omnis porcina coinq̃natio in tam notabili sacramento ex trib⁹ causis euenire solet. ¶Primo ex ignorantia. secundo ex fragilitate. tertio ex carnalitate ⁊ a carnali voluntate. ¶Hinc contra omia p̄dicta apostolus tria ꝓcepta ponit. ¶Primū contra ignorantiam di. Sciat vnusquisq̃ vestruz: a quo ex varijs causis nullum eximit: quia omnes tangit ꝑm tamen diuersos gradus. Secundum contra fragilitatē d. suū vas possidere Tertiū contra carnalitatē: ibi: i sanctificatione ⁊ honore. Et i his ꝓcepti scōa. i. pudicitial religiositas indicata est que vtiq̃ obseruat̄ cum mr̄imoniale ꝓiugium per sanctificationem pudicitie honorat̄. ¶Propter hāc igitur religiositatem iterum queri potest: An exercens opus coniugale solum ꝓpter voluptatem aut saltem principalius ꝓpter ipsam sic tamen q̃ nullo modo hoc ageret nisi cuz legitia sua vxore nec in sup modo inafali peccet: an mortalit̄ peccare possit. Ad qō dicendū q̃ i mr̄iōiali actu etiā cū ꝓditiōib⁹ sup-

UVA. BHSC. IyR_032

dicī ꝑt venire mortalis culpa. Et hoc maxīe ꝓpter tria. Primo videlicet ꝓpter inordinatam affectionē. scō ꝓpter nimiā freqntatiōnem. tertio ꝓpter circūstantē ꝙditionem.

Articulus primꝰ qñ inordinata affectio in actu matrimoniali ꝓpter tria signa cognosci pōt.

Primo quidē in p̄dicto casu potest esse culpa ꝓpter inordinatā affectionē. Cum enī Augꝰ. regulariť diffiniat mortale pctm̄. s. qō ē ꝓpter to incōmutabili bono rebus cōmutabilibus adherere: Sequiť ꝙ quicūd sup̄ deū ꝛ plꝰ q̄s deus amať nō careat mortali culpa. Unde idem Augꝰ. in lib. de bono ꝓiugali inqt: Si magis in sua ꝓiūctione diligūt qō honestuz est q̄s qō inhonestū. i. qō est nuptiarū q̄s qō ñ est nuptiarū hoc auctore apl̄o eis ꝯm veniaz ꝓcediť. Si vo equipeť vel p̄ferať deo est mortale peccatū. Hoc idem p Hiero. patet in p̄dicto. c. ozigo. xxxij. q. iiij. Hoc idem etiā in exē plo patere potest. Sicut enī ql̄ potest seipsuz aut suas possessiones vel pecunias diligere supra deū: sic etiā potest ꝛ vxorē ꝓpriā ꝛ carnalem pulchritudinē eius: ipsiusq; delitiosiratē et eius carnalez coitū supra deū amare: q̄s sic diligens eam ab oi aliena muliere sibi ꝓponeret firmiter p̄cauere. Propterea dato ꝙ aliqs sibi firmiť caueat ab oi illicita ꝓtractatione aliene rei ꝛ de vino ꝓprio se ingurgitet ꝛ inebriet: ꝛ de carnibus a se iustissime emptis p ingluuiā peccet vel in aliq̄ re ꝓpria et excessinā auariciā ꝙdescat ꝛ plusq; in deuz inardescat ita ꝙ totū cor eius sit ibi: qs dubitat talem peccare mortaliť ꝛ in eternū animā suā dānare? Unī apl̄s. j. Thessal. iiij. ait: Nō in passiōe desiderij. s. cōmiscerī debeī. Loqtur enī ibi de cōmercio ꝓiugali. Et subdit: sicut ꝛ gentes que ignorāt deū. Et iterū Augꝰ ait: De vxore nō licet dicere facio qō volo de meo cū ipsa non sit sua sed capitis sui christi. Tria nempe sunt signa inter ꝓiuges inordinate affectionis. Primū signū est zelotypia. scōm meretricalis ornatus. tertiū absq; rōnabili causa dare filios alīs ad nutriendū.

De zelotypia inter coniuges que est signū inordinati affectus Capitulum. j.

Primū nanq; signū est zelotypia i altero ꝓiugū vel in vtroq;. Cōtra zelotē virū Ecci. ix. c. ait: Non zeles mulierē sinus tui. Narrat Egesyppus ꝙ herodes rex ex nimia dilectiōe ꝓpriam vxorem occidit: factus amens nec credens eā eē mortuam alloquebať vt viuam. De zelote etiam muliere Ecci. xxvj. scriptū est. Dolor cordis ꝛ luctus mulier zelotypa. Si aūt ambo sunt zelotes adiuuet eos deus.

Qz meretricalis ornatus i muliere inordinati affectꝰ est signū. Capitulum. ij.

Secundū signū inordinati affectꝰ est meretricalis ornatꝰ: qui q̄nq; ꝓuenit ex ꝓcupiscētia mulieris: qz tunc se feliciorē putat cum rabidius inordinatius ꝛ amentius ꝓiunx diligit illam vltra oēs limites honestatis. Ad cuius incentiuū se fucat: colorat: ornat: vanitates meretricias repetit ꝛ sectať. Et qō peius est in ꝓfessiōe se palliat: di. se hoc facere vt soluz placeat viro suo. q. inter ꝓiugem ꝛ vxorē nequeat esse inordinatus ꝛ criminosus affectꝰ. Cunq; vt sup flue diliganť a viris nō sufficiūt ornatus et fucamēta currūt ad magas: freqntant malicias: multiplicāt nephāda remedia que q̄nq; si innotescerēt viris ꝓculdubio cū anime periculoso dispēdio etiā corpaliť interirent. Ad tales etiā demēriaſ ꝛ peccata potissime patrocinio habēt matres que filiaſ tanto feliciores putant q̄to diligunť bestialius a marit: ido laq; eoz fiant spreto deo. Q̄nq; etiā ex viro ꝓuenit in vxore superfluus ꝛ meretricalis ornatus impioseq; dicit: Volo te fucari: falso decore ornari ꝛ qō mirabiliꝰ risuq; dignius q̄dā vxores suas ꝓprias phenas pingūt colorāt ꝛ ornāt opēq; studētes illas amittē q̄s forte iam pdiderūt. Q̄nq; talis inordinatꝰ ornatus ꝓuenit ex vtrozūq; fatuitate. Unī hie rony. ꝓtra Jouinianū li. j. circa fi. inqt: Refert Seneca se cognouisse quendā ornatum hoiem q̄ exiturus in publicū cū vxoris fascia pectus colligabat ꝛ ne pūcto qdē hore p̄sentia eius carere poterat: potionēq; nullā nisi alteriꝰ tactū labijs vir ꝛ vxor hauriebāt: alia deinceps nō minꝰ inepta faciētes in que impuida vis cedentis affectus erūpebat.

Quando dant filios nutricibus ad lactandum sit licitum an non. Capitulum. iij.

Tertium quoq; signum inordinati affectꝰ est absq; rōnabili causa dare filios nutricibꝰ ad alenduz: qō vñ habuit i ꝓmis ortū atq; sc̄la clare demōstrat Aug. in. c. ad eiꝰ in. li. di. d.

UVA. BHSC. LyR_032

Prava autem ꝓsuetudo in ꝓiugatoꝝ moribus surrexit in filios quos gignūt mulieres nutrire ꝓtemnāt: eosq; alijs mulieribꝰ ad nutriēdū tradūt: qđ videlz ex sola carnis incōtinentia videt inuentū: q dum se ꝓtinere nolunt despiciūt lactare ꝙs gignūt. Ihe itaq; q filios suos ex prava ꝓsuetudine alijs ad nutriendū tradunt nisi purgatiōis trāsierit tps viris suis non debent admisceri. Sed excusant se quedā dicētes hoc facere viros suos hoc velle vt non lactādo facilius possint alios ꝓcreare. Contra ꝙs Aug⁹. in predicto. c. ad eius inqt: Ad eius ꝛo ꝓcubitū vir suꝰ accedere nō debet ꝗusq; qđ gignit ablactetur. Et licet ꝓtra hoc agēdo non putēt semp fore mortale peccatū: tamen in plurimis satis euidens est iudiciū dei vt que ad lactandū filios tradunt pauciores minoriscq; vite filios habeant q̄ mulieres cetere ꝓprios filios nutrientes. Et qđ mirabiliꝰ est si viuūt cum sint filij nutriti a nutricibꝰ vitiosis licet habeāt parentes multis donis ⁊ virtutibus decoratos degenerāt qñq; in tm̄ q alterius ꝓgenici fore potius suspicent. Nam nutrit⁹ lacte ouiū hedus teneriꝝ sensim capillus efficit. Agni ꝛo si caprarū lactent vellera durioza fieri cōpertum est. In arboribꝰ etiam humoꝝ ⁊ glebe ꝓpe modū maiorem ptātem q̄ semis esse ꝓstat. Sic facile ab ebriosis nutriti ebriosi saltem inclinatiue fiūt: a furiosis nutricibꝰ lactati inclinant ad furiam: a luxuriosis educati inclinant ad luxuriā: ⁊ sic de ꝓsimilibꝰ multi.

Articulus. ij. īmoderata frequentatio matrimonialis actus ꝓpter tria.

Secūdus actus mr̄imonialis de ptactis ꝓditiōibꝰ potest esse mortal ꝓpter īmoderatā freq̄ntationem Ex qua freq̄ntatiōe triplex dissipatio seq̄ solet. Prima est corpalis. scda ꝛo spūalis. tertia aūt eternalis.

De duplici malo corpali qđ continua frequētatione actꝰ matrimonialis euenire solet. Ca. j.

Prima ē dissipatio corpalis. Duo enī pricula corpalia euenire solent ex hac freq̄ntatiōe effrenata. Primū infecūditatis. scdm infirmitatl Primū est piculū infecūditatl. Solz vtiq; ex nimia freq̄ntatione sepe ꝓtingere infructuosi ꝓceptus impedimentū: vel filioꝝ vita non diuturna. Sicut Sap̄. iij. scriptū est. Ab iniquo thoro extermiabit semē. Effrenata etenim voluptas est que ꝓncipali intentiōi sanctissimi mr̄imonij anteferr̄: que vtiq; est pro creatio filioꝝ: quapter iudicio dei sepe fit licet non ꝓpter hoc eueniat semp vt plus filijs careant qui generatiōis opus plus frequentant. Secundū piculū est infirmitatl. s. in alterutro ꝓiugū qđ sepe ꝓiugibꝰ nouo ꝓiugio copulatis sepe ꝓtingere solet: nisi a parentibꝰ prudenter puideat. Multi insup efficiunt amentes. Sicut. ij. Esdre. iiij. scriptum est. Multi dementes facti sunt ꝓpter vxores suas. Demētia quidē ceteris infirmitatibꝰ periculosioꝝ est eo q cum corpali salute qui hoc morbo laborat etiam sensum pdat.

Qta dissipatio bonoꝝ spūalium subsequat ex continua frequentatione matrimonialis actus. Capitulū. ij.

Secūda dissipatio que sequi solet ex nimia freq̄ntatione mr̄imonialis actus est spūalis. Dissipat eni ex hoc ois spūalis virtus: ⁊ maxie q̄ ad tria. Primo q̄ ad seipsum. scdo q̄ ad primū. tertio quo ad deū. De quibus latiꝰ alibi in sermone de malis que in hoie facit luxuria. Ad ꝓsens autez sufficiat dictum Hiero. ꝯ Jouinianū li. j. in fi. sic dicentl ꝓtra nimiū amorē vxoꝝ. Amor forme rōnis oblatio est ⁊ insanie ꝓximus fedū mimecq; pueniēs animo sopiti vitium turbat ꝓsilia: altos ⁊ generosos spūs frangit: a magnis cogitatiōibꝰ ad infimas detrahit: querulos iracūdos temerarios. s. dure impiosos seruire blādos oibꝰ inutiles ipse nouissime amozi facit. Nam cū frui endi insatiabili cupiditate flagrat plura tpa suspitiōibꝰ lachrymis ⁊ questionibꝰ perdit: odiūq; sui facit: ⁊ ipse nouissime in odiū est. Et sequit: Non iudicio ducit sed furoris et vxoꝝ pulchriū ḡuissimꝰ custos accubit. Ad idem q̄ Bern̄. ait: Luxuria est sitis ebria: delectatio mometanea: amaritudo eterna: lucem odit: tenebras apetit: velamē querit: sensus hebetat: apetitꝰ plenꝰ auxietate: satietas plena penalitate.

Qđ ex nimio vsu matrimonialis actus qñq; pereūt in eternū filij. Capitulū. iij.

Tertia dissipatō ꝓueniēs ex nimia freq̄ntatiōe mr̄imonialis actꝰ est eternalis. Sepe eni ex h̄ effrena-

UVA. BHSC. IyR_032

rò ꝛ impetuoso actu pthnephas filij ppꝛij et corpalit ꝛ eternalit puniunt dum occidunt in ventre matris. Contra quos Amb. super epam ad Corinth. ait: Ipsa ratio ꝓcept⁹ partus iuxta legem cessare vsum carnis his debere tpibus demõstrat. Eccs in sup. c. iij. ait: Tps ẽ amplexãdi ꝛ tps longe fieri ab ãplexibus. Isidorus ꝙz. xxxij. q. vij. c. non solũ ait: Sũt aũt quidã qui sicut alia absq; vlla discretione indesinent libidini seruiũt ꝙs ego nec minutis pecudib⁹ compauerim. Pecora enim cũ ꝓcipiũt vltra non indulgent maribus copiam sui. Si enim oi die vel qualibet septimana sererent arua nequaq; ad maturitatis puenirent fructũ. Cũ aũt talis ꝓcubit⁹ sit mortale vel veniale ꝑctm̃: distiguit Alex. ò hal. di. Qz si psumit vehement ò periculo partus peccat mortalit. Si vo fiat vitãde fornicatiõis causa eo q in parte ꝓgredit fm motum libidinis peccat venialit. Nõ solũ autez talis imoderata freq̃ntatio causa necis spũalis corpalis ꝛ eternalis est filioz: verũetiã ipsoz ꝓcubentiũ. Audiui nr̃is tpib⁹ in notabili ciuitate italie euenisse: q cum iuuenis nup vxore ducta miscerek cũ ea inter eius amplexus extinct⁹ est. Nec mirũ: Legim⁹ enim Tob. vj. angelũ dixisse tobie timẽti saraz accipe in vxorẽ eo q septẽ eius ꝑcedẽtes viri a demone necati essent. Audi me ꝛ ostendã tibi q̃ sũt q̃bus põt ualere demoniũ: hi nãq; q ꝓiugia ita suscipiũt vt deũ a se ꝛ a sua mẽte excludãt et sue libidini ita vacẽt sicut equ⁹ ꝛ mulus q̃bus nõ est intellect⁹ habz sup eos demon potestatẽ. Tu g̃ cũ accepis eã ingressus cubiculum p tres dies ꝓtinẽs esto ab ea ꝛ nihil aliud nisi orationib⁹ vacabis cum ea.

Articulus. iij. de triplici circumstãtia p quã quis peccat in actu debiti coniugalis.

Tertio etiã cum ꝑdictis ꝓditiõibus mr̃imonialis act⁹ põt esse mortal ꝑpter circũstantẽ ꝓditionẽ. Triplex nanq; circũstãtia reddit mortalẽ predictum actũ. Primo circũstãtia modi. scõo circumstãtia loci. tertio circũstãtia tpis.

Ex quib⁹ modis circũstãtib⁹ culpabile reddit debitum cõiugale. Capitulum. j.

Primo q̃dem reddit culpabil mr̃imonialis act⁹ ex circũstãtia modi sez cũ ibi ꝓcurrũt q̃dã effrenati ꝛ libidinosi nimis ac meretricales abusus: quiq̃uis nõ sint directe ꝓtra naturã: nõ tñ erũt absq; mortali culpa. De q̃bus ad pñs tres abusionis explicem⁹ modos. Prim⁹ est i visu. scõs in ore. terti⁹ in tactu. Prim⁹ quidem in visu. s. cũ nimũ nimisq; ꝓtinuati libidinosi abusus imũdoz aspectuũ quib⁹ oia turpia et verecũda nõ dico iminente necessitate vel casu: sed cũ oi porcina ꝛ execrabili complacẽtia speculant. Quedã etiã possunt cũ honestate ꝓtingi: que nõ pñt cũ honestate studiose videri. Quis dubitat effrenatũ ꝛ inhonestũ affectũ vltraq; limites sacri christiãi se vel le videri vel pati videri pudet dicẽ nudos. Hinc quippe ocul⁹ q̃ te scãdalizat a te vtiq; p̃iciendus est dicẽte dño Mat. v. Si oculus tuus scãdalizat te: erue eũ ꝛ pjce abs te. Et Zach. v. Vidit zacharias amphoraz ꝛ dicit angelus: Hic ẽ oculus eoz in vniũsa terra. Numeri ꝙz. xv. ꝑceptũ est talib⁹ q nõ seq̃nt cogitatiões suas ꝛ oculos p res varias fornicantes sed magis memores ꝑceptoz̃ dñi faciant ea: sintq; sancti dño deo suo. Secundus abusionis modus est in ore cũ interueniunt ibi nõ solũ verba ꝛ sermões ꝓcubitus et pudẽdoz sorde abomiabiles exprimunt: verũetiã abusus osculoz libidiosissime ꝛ immoderatissime freq̃ntatoz. Tertius abusionis modus est i tactu qñ. s. ibi ꝓcurrũt nimũ nimisq; libidinosi ꝛ ꝓtinuati abusus ꝓtactuum: q̃bus nõ solũ faciẽ sed etiã diuersa corporis loca ꝛ q turpius ẽ pudetq; dicere etiã et pudendã impudẽtissime ꝓtractẽt: que quidem indubitant sunt euidẽtissime signa porcine impudẽtie ꝛ potius scortoz ꝛ meretricũ q̃s in sacro ꝓiugio ꝓiũctoz. Absit q ꝓiũx viro iũcta mr̃imonio sancto teneat ad hmõi euidentis impudentie meretricia blãdimenta. Sũt tñ quedã blãdimẽtoz genera q̃ sub debito moderamie pñt licite exhiberi: ꝛ ꝓcipue vbi ad h̃ potius instigat pietas ꝛ sacra cõiugũ charitas q̃s libido carnalis: ꝛ vbi ab omnimoda recusatiõe taliũ euident aparet ꝓiugem in g̃ues discordias vel imũdicias ꝑcipitari. Puto etenim q ꝓiũx tũc ꝓtra charitatez ꝓiugi debitã faceret nisi forsan ex frequẽtia multa vel modo petẽdi vel exigẽdi ad imoderãtiã verterent. Cũ enim hui⁹ actus ad ius ꝓiugale nõ spectẽt ꝛ defacili in plures imoderantias vergũt: plusq; q̃q; talia inflãmãt ad malũ q̃s ipse ꝓiugalis ꝓcubit⁹ sine his oibus simplicit ꝓsummat⁹. Cis mens pudica ꝛ casta secure põt in talib⁹ facere ꝓscientiã strictã Attũ p ea que dicta sunt nequaq; intẽdo q̃n vxor teneat viro ad casta ꝛ decẽtia sig̃ amici-

UVA. BHSC. IyR_032

tie vere. Nam qlibet socij aut domestici aut pciues: imo etiã vniuersi fideles fm pportiones statuũ suox tenent ad charitatis signa sibijnuicẽ exhibẽda. Sed certe charitas nõ augeri sed plus infici solet his carnalib⁹ blã dimentis in qbus facilime insolescit.

Quo loco phibitũ sit exercere coniugalem actum. Ca.ij.

Secũdo culpabilis reddit mrimonialis actus ex circũstantia loci. Ubi fm Bonauẽ. et Alex. ẽ hal. cum Tho. licet debitũ reddendũ sit oi tpe sicut iam pdictũ est z infra dicet: nõ tamen reddendũ est in oi loco qz locus polluí potest z recõciliatiõe indiget: nõ autez sic tps. Unqd etiã ex sola plus intentiõe carnalis pcubitus in ecclesia vel in altari complet⁹ nõ includz mortalẽ irreuerẽtiã in diuina: qs eni hoc audet dubitare. Si etiã alibi fieret in oculis plurũ nõne enormẽ impudicitiã demonstraret z necessariũ velamẽ debiti pudoris excluderet. Multa nẽpe pñt honeste fieri que nõ possunt honeste videri: pterea tenendũ est q debitũ reddendũ est salua semp que in talib⁹ exigit honestate. Unde ẽ iter reprehensibiles sunt multi parẽtes q filijs z filiabus alijsqz piũctis nõ longe manẽtib⁹ sed et scientib⁹ z intelligẽtib⁹ reddũt vel exigũt qõ deterius ẽ debitũ piugale. Ex q sepi⁹ multi pueri z puelle licet se fingãt nõ intelligẽ factum tñ irriganť ad enormia z malũ exẽplũ et scandalum inde sumũt.

Quo tpe illicitũ sit coniuges insimul cõmisceri. Cap.iij.

Tertio reddit culpabilis mrimonialis actus ex circumstãtia tpis Triplici nanqz tpe illicitũ est exigere debitũ piugale. Primo vide licet tpe oronis. scõo tpe solẽnitatis. tertio tpe cõmunionis. Primo nanqz nõ licet exigere debitũ tpe oronis. Nam in die pcessiõis z ieiunioz ab ecclesia statutoz puenire non debent. Ui. j. Loz. ij. apls ait: Nolite fraudare inuicẽ nisi forte ex psensu ad tps vt vacetis oroni. Nam etiam a licitis abstinendũ est vt facilius impetrari possit qõ petit: vt dicit in c. christiano. xxxiij. q. iiij. Scõm aũt Alex. de hal. in. ij. di. Qui nulla necessitate duct⁹ sed causa satiãde libidinis tpe debito oroni petit instant copulam carnalẽ nõ causa pcreationis mortalit peccat. Et dicit de tpe solenniter instituto ab ecclesia. Aliter autem esset si peteret causa vitãde fornicatiõis in se vel i altera psona. Reddens aũt tali tpe fm eundem põt non peccare si reddit qõ alienũ est et cũ anxietate animi pter illud qõ est ibi ẽ morbo pcupiscẽtie. Scõm aũt Ray. exactus debet reddere nisi caute z sine piculo posset differre: fm Bonauẽ. in. iiij. di. xxxj. Ecclesia instituit diebus pcessionũ ieiunioz z solẽniũ festoz abstinere ab vsu carnali ad carnis repssionẽ z mentis elcuationẽ: vt fm Augl. vbi. s. facilius impetrem⁹. Intendit aũt ecclesia illis diebus vsum carnis dissuadere ꝙ non totalit phibere: z ideo illis dieb⁹ reddere cum displicẽtia nõ est peccatũ mortale: exigere autem pter carnis infirmitatẽ non est mortale sed graue veniale: exigere autem ex ptemptu z cũ irreuerẽtia tpis peccatũ mortale est: pcor. Ray. cum eo. Secũdo non licz exigere debitũ in tpe solẽnitatis z diebus festiuis. Unde Aug⁹. xxxiij. q. iiij. c. qtiẽscũqz ait: Dies natalis dñi aut relique festiuitates si aduenerint non solũ ab infideliũ pcubinarum psortio: sed etiã a pprijs vxorib⁹ abstinete. Tamen de petentib⁹ z reddentib⁹ eodem modo tenendũ est sicut de tpe oratiõis fm allegatos doctores distinctũ est. Ad que facit Amb. xxxiij. q. j. c. si causa: vbi inqt: Si causa pcreandoz filioz ducit vxor non multum tps videt pcessum ad ipsum vsum: quia et dies festi z dies pcessionis z ipsa ratio cõceptus z partus iuxta legẽ cessare vsum carnis his debere tpibus demõstrat: que qdem lex Leuit. xij. et. xvij. c. inuenitur. Tertio cessandum est a mrimoniali cõmercio tpe sacre cõionis. In lege eni veteri Exo. xix. que ad tantam sanctitatẽ z mũdiciã nõ astringebat sicut lex noua iubet a dño talibus dieb⁹ per abstinentiã ab vxorib⁹ sctificari vt digne parati essent ad suscipiẽda mandata deiz ad videnda mirabilia eius. Iterũ autẽ. j. Reg. c. xxj. Anteqz abimelech sacerdos sanctũ panem ppositiõis dare vellet ipsi dauid: a saulis facie fugiente ait: Non habeo panes laicos ad manũ sed tñ panem sanctũ: si mũdi sunt pueri z maxie a mulierib⁹ manducent Cui dauid rñdit: Si ẽ mulierib⁹ agit pinui mus nos ab heri z nudi⁹ terti⁹ qñ egrediebamur: z fuerunt vasa pueroz sancta. Ad hec xxxiij. q. iiij. c. vbi dicit. Sciatis fratres charissimi qñ quicũqz vxori debitum reddit vacare non potest orationi nec de carnib⁹ agni comedere debet. Item si panis ppositionis ab his qui vxores suas tetigerant comedi nõ poterat: qtomagis panis iste qui ẽ celo de-

UVA. BHSC. IyR_032

scendit non potest ab his qui ꝓiugalib⁹ pau
to ante hesere amplexib⁹ violare atq; ꝓtinge
re. Verba sunt Ihiero. de ꝓse. di. ij. c. ois. vbi
dicit: Ois homo ante sacram cõionem a ꝓ-
pria vxore abstinere debet tribus aut q̃ttu-
or aut q̃nq; aut septem diebus. Verba eniz
sacri ꝓcilij sunt. Et licet glo. dicat hoc esse cõ
siliũ non preceptũ tamen alij sec⁹ dicũt. Un
de Guil'. de cremona eps papien. in. iiij. et i
ti. de eucharistie sacro circa fi. arti. primi ait:
Qz in crastinũ cõicaturus debz ab actu mri
monij ꝓtinere ꝓpter tria. Primo quia mens
multum distrahit a deuotiõe debita que re-
quiritur in sacra cõione. Secũdo quia talis
actus multum distrahit a debita reuerentia
debita huic sacro. Tertio quia talis actus ob
nubilat aciez intellect⁹ q̃ ibi lympidissima dz
esse: ꝓterea talis abstineret a tali actu in moz
te filij t similit' ꝓis: ergo ꝓueniens est q; etiã
abstineat in hoc casu non solũ a petẽdo de-
bitum sed etiam a reddẽdo. Scõm eni Gre-
go. xxxiij. q. iij. c. vir ait: Si quis vero sua cõ
iuge non cupiditate voluptatis captus sed
solũmodo creandoz filioz gra vtit ꝓfecto
iste siue de ingressu ecclesie siue de sumendo
dñici corꝓis sanguinisq; mysterio suo est iu-
dicio relinq̃ndus: quia p nos ꝓhiberi nõ de
bet accipe qui in igne positus nescit ardere.
Sed qs est hic t laudabim⁹ eum: fecit eni mi
rabilia in vita sua. Examinet eni ꝯlibet ꝓsciẽ
tiam suam nec decipiat quisq; seipsum quia
deceptus erit. Sed de exigentib⁹ t reddenti
bus debitum tpe sacre cõionis videt dicen-
dum sicut ꝺ ofone t tpe t dieb⁹ festiuis a do
ctoribus distinctũ est circa debitum ꝓiugale
Ita igitur deo dante iuxta apli documentũ
p ea que dicta sunt scire poterit vnusq̃sq; ve-
strum suũ vas possidere in sctificatiõe t ho-
noze. Qõ t velle t pficere nobis ꝓcedat mi-
sericoꝛs deus qui in trinitate pfecta glorio-
sus viuit t regnat in secula seculoz Amen.

Feria. ij. post. ij. dñicã in. xl. de duodecim penitentie impedi mentis. Sermo. xix.

Oziemini ĩ pec

m catis vestris Joh. viij. In mul-
tis quidem errasse diuina gra-
tia inspirante iam nouit char-
tas vestra t maxime circa illa que in die pre-
cedenti tractata sunt: que licet ꝓuertant int
ꝓiuges grauia videri debeant: grauioza et
pniciosioza censeri habent q̃ talia impudi-
ca atq; horrenda extra statum mrimonij fa-
cta reperiũt: nec hmõi atq; alia scelera ppe-
trasse nosse sufficit ascultanti nisi ꝓdigna pe-
nitentia subsequat. Solent nempe demões
multiplici via impedire peccantes ne ad pe-
nitentiam ꝓuertant. Q̃nq; blandiciis: q̃nq;
malicijs: t q̃nq; violentijs. Per blandicias
eni inuiscant in mũdialib⁹ voluntate: p mali
cias obtenebrant intelligentiã in peccatis: p
violentias debilitant facultatẽ vt per hoc in-
felix peccatoz volendo nolit: cognoscẽdo ig-
noret: t conando nequeat ad salutarem viã
redire. In huius autem mysteriũ ꝓpheta in
ps. lxviij. in persona talis anime infelicis ait
Infixus sum in limo. Et in hoc vitioz tenaci
tas indicatur. Et addit: ꝓfundi: t in hoc ceci
tas demonstrat. Et subdit: t non est substã-
tia in quo debilitas nunciat. Quod quidez
verbum p ꝓsenti materia potest esse thema.
De his deniq; tribus simul hoc est de inuis-
catis excecatis t obstinat. Ihiere. xxiij. c. ait
Polluti sunt: t in domo mea inueni malũ eo
rum dicit dñs: ideo via illoz erit quasi lubri-
cum: ecce primũ: in tenebras impellent: ecce
scõm: t coꝛuet in ea: ecce tertiũ. Ad hos er-
go in ꝓposito verbo dirigitur terribilis ser-
mo christi cum ait: Aoziemini in peccat ve-
stris: si impenitẽtes suple pseuerauerit i sce-
leribus vestris. In quo vtiq; verbo exꝓmi
tur tertia religiositas que ponderabilis dic-
ta est: quia valde ponderãda sunt verba ꝺ
cum sint ꝓlata ob ore infallibilis veritatis.
Causa autem mystica quare tales moziunt
in peccatis suis Ezech. xxiij. posita est vbi dici-
tur: q; vallis siluestris habebat puteos mul-
tos bituminis. Quid per vallem siluestrem
nisi ꝓsens seculũ ncq; exꝓmitur: qõ quidez
ad similitudinẽ vallis siluestris est locus exi
lij: locus contagij t locus periculi. Propte-
rea. j. Joh. ij. scriptum est. Nolite diligẽ mũ
dum nec ea que in mũdo sunt. Ihec quidam
mũdana vallis multos puteos habet bitu-
minis: quia in ea sunt multi t bitumiati ca-
sus in quos peccatoꝛes ruentes difficilime
resurgere habent. De quibus duodeci sub-
iungemus per ordinem ꝑm q; duodecim sũt
que impediunt ꝓfessionem t veram penitẽ-
tiam facere de cõmissis. De quibus quattu-
oz pertinent ad tenacitatem: quattuoz ad ce
citatem: t quattuoz ad debilitatẽ impeniten
tium peccatoꝛum.

Articulus prim⁹ de quattuoz impedimentis penitentie que

UVA. BHSC. IyR_032

impediunt voluntatem ne peni
tere velit.

p Rimi quidem abissales putei bi-
tuminis infernalis ad tenacitatez
corrñdentes subdantur. Primus
est amor peccādi. secūdus horror satisfacien-
di. tertius nimia verecūdia. q̄rtus ꝓsuetudo
mala.

Primū impenitentis impe-
dimentum ne penitere velit est
amor peccandi. Capitulū. j.

p Rimus est amor peccādi. Luz eni
in talib⁹ caro spūi dñet: iamq̄ sen
sus aie carnales effecti subdāt sub
sensibus carnis opatione ꝓprij
amoris qui in hmōi regnat. Ideo necesse est
vt amor peccandi ꝓtinuo crescat ⁊ in mūda-
nis oblectamētis inuiscat⁹ effectus q̄si in sua
bitudine ꝓquiescat: nec tamen hmōi insen-
sati aduertūt q̄ sicut Grego. ait: Tpale est qō
ōlectat: eternū ho qō cruciat. Et Eccī. ij. ait
Qui amat piculū in illo pibit. Periculū nāq̄
est neglectis celestib⁹ adherere terrenis: eter
nis tpalia: corpus spūi ⁊ ꝓpriū amorē dilecti
oni eterni dñi anteferre. Iuxta qō Proū. j.
scriptū est. Stulti ea que sibi sunt noxia capi
unt. Recolūt eni miserabiles peccatores de-
lectationū quas in p̄terito expti sunt: q̄q̄ si-
ne illis non possint ducere vitam suam falso
et neq̄ iudicio imaginant. Amant magnifi-
centias: amant delitias: amāt diuitias: reti-
nent aliena: ⁊ sicut in his non finem habere
anxie ꝓcupiscūt: ita q̄ nequaq̄ se habere cre-
dunt. O infelicissimi ⁊ stolidissimi pctōres si
cut pō ait: Filij hoium vsq̄q̄ graui corde: vt
quid dicitis vanitates ⁊ queritis mendaciuz.
De hᵒ eni genere erat diues ille: q̄ oblito deo
totū affectū posuerat in peccatis. De q̄ dñs
Lu. xvj. ait: Homo q̄dā erat diues: ecce aua
ricia: qui induebaī purpura ⁊ byssō: ecce su-
perbia: ⁊ epulabaī q̄tidie splendide: ecce lu-
xuria. Sed ⁊ subdit: Mortuus est diues et
sepultus est in inferno: hᵒ est in sathane cimi
terio. Ecce primū salutis impedimentū vi-
delicet peccādi amor: cum quo iste vixit cum
eodem obediens eternaliī pemptus est. Hic
ē bituminis putei⁹ prim⁹: ō q̄ Apocal. ix. scri
ptum est. Vidi stellā. i. luciferū de celo ceci-
disse in terrā: hoc est in terrenū sensum: ⁊ da
ta est ei clauis putei abyssi: quia ꝓcessa est illi
libertas ꝓprie voluntatis ad seipsum magi
q̄ deum diligendū: ⁊ aperuit: quia pri⁹ pa-
lam fecit puteū abyssi. i. amorē peccādi: qui
merito puteus dici potest: quia sicut qui i pu
teum cadit p seipsuz inde resilire non potest
sic qui peccādi amorē ruit cum sit aia spiritꝰ
vadens ⁊ non rediens p semetipsum neq̄q̄
euadere valet. Abyssi q̄ puteus dignissime
notatur: quia sine ipsa bōitate diuina amor
peccādi manet. Testante Job. xxviij. c. q̄ ait
Dicit abyssus: non est in me. s. p gr̄ificantem
gratiam bonitas dei.

Secundū autem impedimen
tum voluntatis male satisfacien
di est horror. Capitulum. ij.

s Ecūdus autem puteus bituminis
est horror satisfaciēdi ⁊ restituēdi
Facile nanq̄ est ruere in puteum
offensionis: sed in hmōi putei bi-
tumine implicat⁹ videns satisfaciēdi difficul
tatem stupet ⁊ horret ⁊ in dānatiōis statu ani
mam ꝓpriam derelinquit. Audit nempe vel
pensat q̄ si vult ꝓfiteri digneq̄ penitere ncē
est illi aliena restituere: sicut vsuras: rapinas
symonias ⁊ furta ⁊ oia mala lucra. Itē opor
tet q̄ satisfaciat illatis damnis: restituat abla
tas famas: indulgeat inimicis: pcialitatibus
renūciet vniuersis maxie ghibelline ⁊ guel-
fe: sine qua renūciatiōe facta corde ore ⁊ ope
nullus vnq̄ absolui debet vel potest: sicut in
tractatu ꝓtra pcialitates lati⁹ oñsuz est. Itez
necesse est q̄ renūciet oibus sectis ⁊ oib⁹ offi-
cijs pcialiī assumptis vel datis. Item videt si
bi necesse satisfacere emissis votis exeq̄ testa-
menta quibus ore hoc est ꝓmissione siue in-
strumento obligatus est. Item mercancias
non plus ꝓpter dilatum tps ⁊ terminū ven-
dere q̄ sine illo lucrūq̄ iaz acq̄situ exinde sa-
tisfacere plene cum sit vsura in ꝓscientie foro
tenetur: sicut patet ex de vsur. in. c. ꝓsuluit.
Iterū se videt obligatū satisfacere vsuras et
rapinas: aliaq̄ iniq̄tatis lucra que sui pdeces
sores sibi dereliquerūt. Insup horrent satis-
facere publice sicut similiī publice peccauerī
quia sic tenenī. ex de pe. et re. c. j. Horrēt eti-
am potissime mulieres amouere a se supflu-
as vanitates ⁊ vestes: sumptuosa iocalia: ad
ulterinos capillos: diabolica fucamēta spe-
ctacla ⁊ choreas que oia pctōz occasiōes sūt
q̄s oino si homo vere penitere vult a se re-
mouere tenet. Nam vt scribit de pe. di. iij.
circa pncipium. Penitētia est peccatoz caus-
as excidere: nec earum sugestionib⁹ aditum
indulgere. Arta nempe hoc tempe pctōrib⁹
apparet via que ducit ad vitaz: arta quippe

UVA. BHSC. IyR_032

nimis maxime restituere aliena: cū tamē vt dicit ex de reg. iur. lib. vj. Non dimittit peccatū nisi restituat ablatū. Hic igit satisfactionis horror et puteus bitumis est: ō quo Prouerb. xxiij. dicit. Puteus angust⁹ aliena scz satisfacere. Propterea Hiere. viij. c. ait: Attē di et auscultauit: nemo qō bonū ē loquit: nullus est q̄ agat pniaz super pctō suo di. q̄d feci oēs puersi sunt ad cursum suū. q. equus ad impetum suū vadens ad prelium.

Tertiū impedimentū penitētie impediēs volūtatē est verecundia indiscreta. Cap. iij.

t Ertius puteus bitumis est nimia verecūdia. In ꝺ subiūgunt multi hypocrite et supbi de foris cupientes aparere hoib⁹ virtuosi et sani cum intus sint vitiosissimi et infirmi. Hec verecundia est inordinata: et ne vere peniteant plurimū mulierib⁹ obest marie circa opa carnis. Sed i his et ꝑsimilib⁹ facit diabolus peccatori sicut cani in cuius os ꝓijcit carnes ne latret. Hec verecūdia pute⁹ ille est de q̄ samaritana Jo. iiij. ad dñm ait: Puteus altus est id est. pfundus. Profunda nanq̄ ruina verecundia est in quā qui cadit ñ facilime euadit: qz puteus bitumie plenus: hoc est stulto rubore animā a peccatis euadere nō ꝓmittit Sed vniet vtiq̄ dies illa: veniet inq̄ tps ō q̄ dñs Sopho. j. ait: In tpe illo scrutabor hierusalem in lucernis: et visitabo sup viros defixos in fecibus suis. Contra qō Bern. ait: O insania nimia hoiuz: pudet abluiz et nō pudet inq̄nari: pudet sordes abstergere et non pudz ꝓtrahere: abstergit caligat ꝓtemnitur aia. Et Eccl. iiij. Non ꝓfundaris ꝓ aia tua dicere vez: est eni ꝓfusio adducēs pctm̄: et ē cōfusio adducens gloriā. i. gratiā.

Quartū penitētie impedimētum impediēs voluntatē est malicia male consuetudis. Ca. iiij

ihesu christi vt mereaꝫ in celesti edificio collo-
cari.Est optimus faber qui ei fabricat coꝛo-
nam de lapide p̄cioso.Est q; malleus q̄ mēs
iusti q̄si calix a dño fabricaꝫ: vt i eo vinū glie
collocef.Tamen sepe vt talis malleus tandē
moꝛte subitanea ꝛ ꝓfusibili ꝓfringaꝫ.Vnde
hiere.l.de ꝓsimili ait:Quō ꝓfractus est mal
leus vniuerse terre.Secūdo aūt regnāt ma-
li ad iustos pficiendū: quia potētes mali iu-
stos ꝓsequunt:ꝛ ipsi in iusticia pficiunt:Si-
cut scriptū est Habo.j.¶Patiētia opus pfectū
habet:ꝛ maxime quia ad verā innocentiā p-
ducit mentes. Non eni exꝫ vere innocens
est quisq; eo q; declinet malum ꝛ inocentib⁹
nocere non velit:nec etiam si bona facit:sed
hec vera innocētia est si iustus declinat ma-
lū ꝛ faciens bonū patient sustinet mala ꝛ no
centibus sibi nō indignef: sicut de se p̄s te-
statur.Cū his q̄ ode.pa.erā paci.cuꝫ lo.illis
impug.me gratis.i.sine causa.Sꝫ hec inno-
centia sine ꝓsperitate maloꝝ mīme pficiꝫ pos-
set q̄ habeant p aduersa pficē bonos. Tertio
aūt ꝓsperant mali ad iustos manifestandū.
Cum eni habent ptātes ꝛ dñia mūdi exerce-
re iustos ꝑ illos deus ostēdit alīs bonoꝝ
hūilitatē patientiā fidem spem charitatē q̄s
in tribulationib⁹ habent etiā in eoꝝ hostes
iuxta p̄ceptū dñi Mat.v.¶Diligite inimicos
vr̄os:be.h.qui ode.vos:ꝛ oza.ꝑ pse.ꝛ calū.
vos.Et iterū in eo.c.Luceat luꝝ vr̄a co .ho.
vt vi.bo.opa ve.ꝛ glorifi.pa.ve.q̄ in ce. est.
Quō eni sanctos has habuisse virtutes no-
scere poterim⁹ nisi mali aduersitatib⁹ illos
tanq; vuas in tribulationū torculari p̄ssissent

Qꝛ peioribus prospera conce duntur vt per eos mali triplici- ter puniantur. Capitulū.iij.

Tertio dantur ꝑ signo punitiuo.
t Nam deus p̄porentes peioꝛes pu
nit alios malos. Juxta qō scriptū
est.Vindicabo me ō inimicꝫ meis
cum inimicꝫ meis:sicut mystice patet Apoc.
ix.de locustis.ꝛ in.c.vj.in.ij.sigillo de exter
minatoꝛe.Sicut eni vt dictū est rex ꝑ ꝓpriuꝫ
filium semper malefactoꝛes non punit ꝛ su-
spendit:q̄n potius ꝓueniēti⁹ est q; ad hoc de
putet aliquos viles ꝛ crudeles seu duras et
austeras personas .Sic ꝛ in ꝓposito. Non
eni decet q; deus viros euāgelicos aut alios
sanctos qui debent insignia summe hūilita-
tis ꝛ clementie ꝛ summe suauitatꝫ ꝛ patiētie
coram oībus clare p̄ferre facere ꝓtra impios
inseuire.Et ideo inferioꝛes illis ꝛ impfectio-
res sunt ad hoc merito deputādi.Hūt tales
manigeldi dedio.i.toꝛtoꝛes dei.Vñ Ezech.
xxx.ait dñs:Confoꝛtabo bꝛachia regis ba-
bylonis:daboq; ei gladiū in manu sua Job
xxxiij.¶Regnare facit hoīem hypocritā ꝓꝑ
peccata populi.Tribus nanq; bonis pctō-
res abutunt in ꝓtumeliā summi dei.s.tpali-
bus coꝛpalib⁹ ꝛ spūalib⁹.Et ꝓm hꝫ ex guerris
et aduersitatib⁹ quas inferūt impij malis vt
sic dicam tria bona sequunt in vindictā ma-
loꝝ.s.bonū tpale:bonū coꝛpale:ꝛ bonum
spūale.si ex aliquo respectu liceat dicere bo-
na illa.¶Primū bonū est tpale. Nam denarij
q̄s cumulauerāt quidā auari stipēdiarijs ef-
funduntur ꝛ cōicantur multis qui vni quo-
dammodo nociui erant: quia cumulauerat
eos cupidine multa ꝛ per multos iniq̄s mo-
dos:vestes supfluas ꝛ varias vel vanas q̄s
in mauticis erugini ꝛ tineis damnabilit̄ ser-
uabantur depdantur stipendijs:possessiōes
aruavinee ꝛ viridaꝛia speciosa destruunt in
vindictam impij vsus earū . Domus vo de
rapinis erecte vsq; ad celum iusto iudicio su
pra domos cadūt.Vñ Esa.j.c.Dereliq̄runt
dñm:blasphemauerūt sanctū israel : abalie-
nati sunt retroꝛsum.Sequit:Terra vra de-
serta:ciuitates vestre succense sunt igni:re-
gionem vestram coram vobis deuoꝛant alie
ni ꝛ desolabitur sicut i vastitate hostili: ꝛ de
relinquetur filia sion vt vmbraculū in vinea
et sicut tugurium in cucumerario ꝛ sicut ci-
uitas que vastatur.Scōm quod inde sequi-
tur est bonum coꝛporale. Nam occiduntur

UVA. BHSC. IyR_032

mali ꝛ minuiť numerus puerſoꝝ:q̄ ſi viue-
rent coꝛrumperēt multos iuſtos:ꝓpterea iu
ſto iudicio dei ille ſuſpendiť:ille mactatur:ali
us comburiť:alius ſuffocať:quidam p̄reci-
pitantur:quidā iugulanť. quidam aſſantur
ꝛ ſic de ſingulis. Hec aūt nullo modo fieri po
terunt p iuſtos viros. Tertium quod ſequiť
inde eſt bonum ſpūale:quia pauciores dam-
nantur ex tali aduerſitate q̄ ex p̄oſperitate:
Unde in p̄s. Cadent. ſ. in damnationē eter-
nam a latere tuo. i. ex aduerſis mille ꝛ decez
milia a dextris tuis. i. ex ꝓſperitatibus mun
di.

Articulus tertius in quo per tres vltimas rationes oſtēditur quare hominibus peſſimis bo-na tribuuntur.

t Ertio ꝓ peſſimis tres alias p̄rinci
pales rationes poſſumus ſubin-
ferre. Danť em̄ ꝓſpera peſſimis
viris. Primo ꝓ ſigno intricatiuo.
ſecun do ꝓ ſigno confuſiuo. tertio p̄ro ſigno
damnatiuo.

Bantur peſſimis hominibuſ tēpoꝛalia bona vt tripliciter mū dialibus intricentur.

p Rimo em̄ danť ꝓ ſigno intricati-
uo. Unde Augˢ. epiſtola. v. Ni-
hil infelicius felicitate peccantiuz
qua penalis nutriť iiquitas ꝛ ma-
la voluntas interioꝛ roboꝛať. Judiciū enim
diuine iracūdie hoc p̄mittit:q̄ repꝛobi in iſti
inferioꝛibus inuoluanť demerganť: illaque
entur intricentur. Juxta illud Apocal. xxij.
Qui in ſoꝛdibˢ eſt ſoꝛdeſcat adhuc. Permit-
tunť em̄ ſubmergi in tribus in quibˢtoꝛˢmū
dus impfectˢ eſt: In diuitijs vicz ꝛ auaricijs
In delitijs ꝛ luxurijs. In magnificentijs et
ſupbijs. Primo in diuitijs ꝛ auaricijs. Unꝺ
Sapieñ. xiij. Creature dei in odiū facte ſūt ꝛ
in temptationem anime hominū. ſ. munda-
noꝛum atq̄ pitoꝛum: qui ex auaricia ſe impli
cant in furtis rapinis vſuris ſimonijs ꝓtra-
ctibus malis ꝛ conſimilibˢ. Secundo in deli-
tijs ꝛ luxurijs vt inuoluanť in eis ſic ſus i vo
lutabꝛo luti: videlicet in impudicicijs in ince-
ſtibus in adulterijs in foꝛnicationibˢ in ſacri
legijs ꝛ in ſodomijs ꝛ cōſimilibˢ. Tertio i ma
gnificentijs ꝛ ſupbijs in vanitatibˢ atq̄ pom
pis: in tyrannijs ꝛ violentijs: in parcialitati-
bus ꝛ diuiſionibus: in ſectis ꝛ conſimilibus
iſtis. Unde ad hmōi hoiem inq̄t in. xxvij. ca.
Hiere. Fac tibi vincula ꝛ cathenas. ꝛ pones
eas in collo tuo: ꝛ mittas eas ad regē edon: ꝛ
ad regē moab: ꝛ ad regem filioꝝ amon: ꝛ ad
regē tyri ꝛ ſydonis. ꝛc. vt innuat q̄ magni vi
ri et dñi ſepius his vinculis colliganť ꝛ mul-
ti ꝓpter talia in inferni patibulo ſuſpendāť.

Bātur peſſimis tempalia bo na vt tripliciter ꝓfūdātur. Ca. ij

s Ecūdo danť peſſimis tempalia bo
na ꝓ ſigno cōfuſiuo. Peſſimi nan
q̄ hoies p̄mittente deo vtunť p̄ro
ſperitate in terra. ſ. i mūdanas ſu-
perbias: in mūdanas diuicias: in mūdanas
glozias: Sed h̄ p̄mittit deus. p̄mo vt deijciā-
tur. ſcdo vt crucienť. tertio vt cōfundantur.
Primo nāq̄ p̄mittit tales erigi in ſupbias et
capite eleuari vt deijcianť. Unde Job. xv. ō
tali inquit. Lucurrit adūſus deū erecto collo
ꝛ pingui ceruice armatˢ eſt. Sed ſicut cū ho-
mine luctať eleuat eū ꝛ dat ei gābetū vt foꝛti-
us illum ad terrā ꝓſternat: ſic deus tales ex-
altat vl exaltari p̄mittit. vt ex altioꝛi loco gra-
uius ruant ꝛ ꝓſternanť. Unde p̄s. Uerūtñ
ꝓpter dolos po. e. deie. eos dū alleuarentur
Et. j. Abachab. ij. Ne timueris a verbis viri
peccatoꝛis: quia gloꝛia eius ſterc⁹ ꝛ vermis
eſt hodie: extollit ꝛ cras nō inueniet: q̄ conū
ſus eſt in terrā ſuā ꝛ cogitatiōz eⁱˢ p̄iet. Et ite
rum p̄s. ait. Uidi impiū ſuperaltatum ꝛ ele.
ſicut ce. li. Trāſiuit ꝛ ec. nō erat: que. e. ꝛ non ē
inuē. lo. eⁱˢ. Et iterū idem inquit. In ignem
deijcies eos in miſ. nō ſub. Et Hiere. xxij.
c. ait. Eleuati ſunt ad modicū ꝛ non ſubſiſtēt
Et. xx. c. iterū inquit in ꝓſona iſtius eleuati ꝛ
cōſternati. Eleuaſti me ꝛ quaſi ſup ventū po
nens eliſiſti me valide. Secūdo p̄mittit tales
in mūdanis deliciari vt grauiˢ crucienť. Unꝺ
Hiere. ij. c. Obtimuit deˢ cōfidentiā tuā. ſ. q̄
vis in vita p̄ſti facere padiſum. ſequiť. Et ni
hil habebis ꝓſperū. Hinc etiā p̄s. inq̄t. Zela-
ui ſup iniquos pacē peccatoꝝ vidēs: q̄ non
eſt reſpectˢ mozti eoꝝ. i. q̄ nullˢ reſpicit finez
eoꝝ. Et vere pauci conſiderāt illū. Tertio p̄-
mittit deus tales in mūdialibˢ gloziari vt in
hmōi cōfundanť. Unde Eccī. ix. Non zeles
gloziā ꝛ opes pctōris. Nō em̄ ſcis q̄ ventu-
ra ſit ſubuerſio illiˢ: ꝓpꝛea de talibˢ p̄s. inq̄t.
Perijt memoria eoꝝ cū ſonitu. i. ſic̄ perit tur
pioꝛ ſonˢ qui de ventre hois egrediť fetens:
q̄ tales in moꝛte repētina ꝛ feteti inſania ſu
bito ab oculis hoim elabunť. Sic̄ ptz exēplū
de aman Heſter. v. qui vocauit amicos ſuos

UVA. BHSC. IyR_032

ꝛ exposuit illis magnitudinẽ diuiciarũ ꝛ filiorum turbã ꝛ ꝯta eũ gloria sup oẽs principes ꝛ seruos eius rex eleuasset: ꝛ q regina eũ tm̃ cum rege ad cõuiuiũ cõuocasset. Et i. vj. c. subdit. q suspensus est aman in ligno.

Dãtur pessimis tempalia bona vt tripliciter dentur in damnatis reprobum sensum. Ca. iij.

Tertio dant pspera pessimis pro signo damnatiuo. Nam p ea mali efficiunt. primo ceci. scdo ingrati. tertio derelicti. Jdeo diuino iudicio dant eis. Primo ad cõplementũ cecitatis. secũdo ad incrementũ ingratitudinis. tertio ad testimoniũ derelictionis. Primo dant eis ad complementũ cecitatis. Et hoc est calidũ hyrundinis stercus qõ excecauit Tobiam. i. diuitẽ malũ. Hinc ẽ q amittunt cognitionem dei sui ꝛ mũdi: sicut ꝓtigit illi diuiti qui Luc. xvj. dicebat. Anima mea habes multa bona reposita in annos plimos: requiesce comede bibe ꝛ epulare. Sed audi qõ sequit. Dixit ãt illi deus. Stulte hac nocte aiam tuã repetẽt a te: que aũt parasti cui⁹ erũt? Vñ Greg. viij. moral. quasi p amena prata ad carcerẽ venit qui p pũtis vite pspera ad interitũ currit. Et Prouerb. v. scriptũ est. Prosperitas stultorũ pdet eos. Secundo dant ad incrementũ ingratitudinis. Q to eñ maiora dona reprobo dãtur si inde fiunt ingrati: tanto a deo seueri⁹ ꝛ iustius cõdẽnant. Vñ Aug⁹. epla. v. Si pollere deus pmittit iniqs pspitate: tũc indignat grauius: sed si impunita dimittit tunc punitur infesti⁹. Tertio ex predictis sequit. q talia eis dãt vt offendant ad testimoniũ derelictiõis: qz a deo derelicti sunt. Vnd Greg⁹. Difficilius malũ corrigit qõ pspitate fulcitur: eo q q a deo auertit ꝛ psperat: tanto magis pditioni fiet primus: ꝯto a disciplina est elongatus. Et idem: Cõtinu⁹ successus temporaliũ eterne reprobationis certissimũ ẽ iudicium. Vnde sicut fulgur tonitrua portat: ita pspitas supplicia sempiterna pnunciat Ex hoc ptz q in presenti vita nihil sentire aduersi signũ est diuini odij. ꝛ q summ⁹ medic⁹ opam suã circa tales frustra expendere dedignat. Sic medic⁹ prudẽs in desperato egro nõ adhibet medicinas. Vñ in ps. Desiderium eor̃ attulit eis: non sunt fraudati a desiderio suo. Et Osee. iij. Nõ visitabo sup filias vras cũ fuerint fornicate. Et tales vt ait ps. in labore hoim nõ sunt: ꝛ cũ ho. nõ fla. sed cuz de monibus. Dat eñ porco bñ ad comedendũ vt pinguior fiat ad familie pastũ: familia aũt in morte ei⁹ facit magnũ festũ. ps. Letabitur iustus. cũ vi. vindic. ma. su. la. in san. pctoris Et Job. xxj. Quare impij viuũt: ꝛ subleuati sunt: cõfortatiq diuicijs semẽ eorũ pmanẽt coram eis: ppinquorũ turba et neporũ in conspectu eorũ. Dom⁹ eorũ secure sunt ꝛ pacate ꝛ nõ est virga dei sup illos: bos eorũz cõcepit ꝛ nõ abortiuit. Vacca pepit ꝛ nõ est priuata fetu suo. Egrediunt quasi greges puuli eor̃ ꝛ infantes eorũ exultant lusib⁹: tenẽt tympanum ꝛ cytharã ꝛ gaudent ad sonitũ organi. Ducunt in bonis dies suos ꝛ in puncto ad inferna descendunt. Vnde legit ad hoc exemplum: Q beat⁹ Ambrosius cũ pgeret romã atq hospitaret cũ diuite quodã vt qui dã aiunt ad septem miliaria ppe senas iuxta abbaciam ad insulã: ꝛ ille ei apiret cõditionem ꝛ statum suũ d. Gratias refero deo qm̃ habeo filios ꝛ filias: boues ꝛ iumenta: domos ꝛ predia: ꝛ oẽia mihi ad voluntatẽ succedũt: nullũq passus sũ qñq aduersitatẽ vel tribulationem. Tunc bñs Amb. ait. Adultũ timeo ô statu tuo: nec hospitabor aliquo mõ tecũ. Cũ q inde statim cũ sua comitiua abiret: domus diuitis cũ oẽi familia sua in pfundũ demersa est. Et sicuti quidam aiunt: fact⁹ est ibi lac⁹ qui ad pscns etiã astat in testimoniuz iudicij dei. Nõ igit mirẽt infidelis hõ si p tot ꝛ tãtis causis summ⁹ artifex deus tpalia bona peccatorib⁹ misericorditer largiat cũ in obliuionem finaliter nõ sit ei iustitia sua: sicut patz in hoc diuite epulone de quo p̃missimus q mortuus est diues ꝛ sepultus in inferno: a cui⁹ cõsortio nos liberet omniũ bonorũ largitor deus q in sũma diuinitate trinus ꝛ vn⁹ viuit et regnat in secula seculorũ Amen.

Feria sexta post scdam dñicaz in. xl. de pestifera detractione. Sermo. xxiij.

Lapidem quẽ reprobauerũt edificãtes: hic factus est in caput anguli. A dño factũ est istud. Matth. xxj. ꝛ ps. xvij. Ubi siquidem q in ꝓcedenti ꝑmone diuinis opib⁹ detrahebãt mirãtes quare pspera dent malis: multo amplius detrahere primis ex cõsuetudine bñt. Juxt̃ vbũ dñi Matth. xij. Mal⁹ homo ô malo thesauro cordis sui pfert mala. i. detractiones iniquas. quod quidã cõtra xp̃m facicbãt

UVA. BHSC. IyR_032

phariſei ꝛ ſcribe: ſicut verbū ꝓallegatū manifeſte oſtēdit cum dicit. Lapidem quē reprobedi. hic fac. cē in ca. angulita do. fa. cē iſtud. Lapidem. ſ. xp̄m cui⁹ ẏtus ꝛ veritas ē ſolida velut lapis: quē reprobauerūt. i. p detractores reꝓbabilē oñderunt. edificātes. i. ſacerdotes ſcribe ꝛ phariſei. hic factus eſt in caput anguli: nō tm̄ q̄ iudeos ꝛ gentiles in vnā eccleſiaꝫ congregauit: ſed multo ampli⁹. quia in vnione diuine glorie angelos ꝛ homines copulauit. Et vere a dño factū eſt iſtud. Et in hoc ſeptima cē. ẏbalis ſeu refrenalis religioſitas demōſtrat: quia aliud eſt iudicū ꝛ oblocutio detractoꝝ quo iudei detraxerūt xp̄o: atq; aliō ē iudicium ſūmi dei. q. p hoc nos admoneat dominus. di. illud Sapiēn. j. A detractiōe pcite lingue. quia lapidē quē re. edi. hic fact⁹ eſt in caput anguli A dño factū eſt iſtud. Quāta āt ſit nequicia detractorū Apoc. ix. myſtice demonſtrat vbi dicit. Vidi equos in viſione: ꝛ q̄ ſedebāt ſup eos habebāt loricas igneas. et iacinctinas ꝛ ſulphureas: ꝛ capita equorum tanq̄ capita leonū erant: ꝛ de ore eorū procedebat ignis fumus ꝛ ſulphur. Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia ps hominū. In q̄ bus ſacratiſſimis verbis cauſa detractionis xp̄i myſteriū demonſtrat. In p̄mo oſtenduntur eorū venoſa corda. In ſcō eorū venoſa verba. In tertio eorū venoſa opa. De quib⁹ p ordinē ꝓpheta in pſ. lxxij. ait. Congregauerūt: ecce p̄mū: ꝛ locuti ſunt nequiciam. ecce ſecūdū. iniquitatē in excelſo. ſ. opati ſunt. ecce tertiuꝫ. qō pōt eſſe aliud thema in preſenti materia.

Articulus primus q̄ ex multiplici culpa in cordibus detractio generatur.

p Rimū myſteriū indicat detractorum venenoſa corda. Tria nanq; radicalia peccata ſunt ex quib⁹ in detractorū cordib⁹ detractio generat. Primū ē crudelis ſupbia. ſecūdū crudel ſtulticia vel amentia. tertiū crudelis inuidia.

Q̄ radix vñ detractio hz ortū crudelis ſupbia eſt. La. j.

p Rimū āt radicale pctm̄ exq̄ detractio generat eſt crudelis ſuperbia Et hoc indicat Job. di. Vidi eqs i viſione. Equ⁹ em̄ quod ē animal ſupbiſſimū ꝛ crudele mentē exp̄mit detractorum: quia ex ore crudeli ꝛ ſupbia eorū detractio originem habet. Unde Eccl. x. Initium oīs peccati ſupbia: ꝛ qui tenuerit illā repletur maledictis. i. detractionib⁹ impijs ꝛ oblocutionibus peſſimis. Et ſic equi portāt capita eleuata: ſic ſupbi detractores cōtra deuꝫ ꝛ primū corde iſtant ꝛ eleuant: ꝓpterea ps. ait. Supbia eorū qui te oderūt aſcēdit ſp.

De crudeli amentia vnde detractio etiam habet ortū. La. ij.

s Ecundū aūt radicale pctm̄ ex quo detractio generat ē crudelis ſtulticia ſeu amentia. Uñ de tali cor ꝓuer. xv. ſcriptum ē. Cor fatui ebullit ſtulticiā: q. ſ. fatuitas cordis p detractionem ebullit in ſtulticiā oris: Ita teſte dño Matth. xij. Ex abundantia cordis os loquitur. Nec mirū ſi ſtulticia regnat in corde detractoris: cum a demone qui ſtulticie caput ē predominet. Unde iuſto iudicio Zach. iij. ait dñs. Percutiā oīem equū in ſtupore ꝛ aſcenſore⁹ ei⁹ in amentiā. Et de hoc Job. ſb dit. Et qui ſedebāt ſup eos. Cū em̄ cetera vicia vnū demonē habeāt in prelatū ſola crudelitas detractoris a multis demonib⁹ poſſidetur. In cui⁹ myſteriū Matth. v. demoniacus ille qui morabat in monumētis: quia ſepulcrū eſt guttur eorū: legionē demonū in ſe habuiſſe refert. Hinc eſt q̄ ex detractionibus innumera mala ſequunt ſic ex ſequētib⁹ apparebit.

Q̄ ex inuidia etiam detractio ortum habet et quibus vitijs armantur demones ne expellātur de mētibus detractorū. La. iij.

t Ertiū vero radicale pctm̄ vnō detractio generat eſt crudelis inuidia: quia puulū occidit inuidia: vt dr̄ Job. c. v. Et hō ē q̄ in detractionem erūpit: diabol⁹ in hoie p inuidiā regnat facile inde p dei verbum eiici poſſet niſi alijs criminib⁹ armaret ꝛ muniret. Uñ p tali munitione ꝛ armatura q̄ diabol⁹ armat in multitudine detractorū. Eccl. xliij. c. de aquilone q̄ pandit eē malū ſcriptū ē. Sup oēz congregationem aquarū reqeſcit: ꝛ ſicut lorica induit ſe aquis. Cōgregatio nēpe aquarū ſup quaꝫ reqeſcit aq̄lo infernalis: detractoꝝ ē multitudo: q̄ p detractionē ſic aque in terrā dilabūt nec vltra rurſum ad deū p pniam reuertunt Q̄ ꝓtingit in illis q̄ ex ꝓpria malicia excecati i alteri⁹ bonis decipiunt: intm̄ q̄ de illo qō de ſe ē aptiſſimū bonū: nullo mō pōt ſentire bonū qō q̄dē ē peccare in ſpm̄ſcm̄. Et hō mō

UVA. BHSC. IyR_032

pccauerũt iudei detrahẽtes dictis ꝛ operib⁹ christi credẽtes se iustissime operari. In his malign⁹ spiritus nõ solum ꝓ potentã ꝛ duriciam requiescit. verũ etiaꝫ eos induit. q. loricam cũ eos efficit detractionũ suaꝝ sibi ꝑsis ꝛ alijs excusatores ꝛ defensores. Unde tria sunt vitia que muniunt diabolũ ne de cordibus talium detractorũ expelli possit. Primũ est simulatio zeli. scõm aparẽtia boni. tertiũ abominatio odij. Et de his trib⁹ ꝓ ordinem Job. subdit. Primũ est sĩlatio zeli. Cũ em̃ hõ ꝓ turbulentã malicĩã detrahẽdo insurgit cõtra fraternã gr̃am claram ꝛ manifestã: nõ potest in se spũaliter habere quietẽ: ꝓpterea sp pungit aliquo stimulo internali. hunc aut̃ stimulum seu remorsum quia malicia supat talem mentẽ affectio iniqua ꝛ inordinata: totis viribꝫ mortificat ꝛ extinguit ꝛ transit finaliter in sĩlatũ zelum quo firme ꝛ fixe absq; cõscientia iniusticiã ꝛ veritatẽ obloquit ꝛ opat. Talis aũt conscientia est illud atriũ a diabolo custoditũ: de quo Luc. xj. dñs ait. Cum fortis armatus custodit atriũ suũ in pace: vtiq; mala sunt omnia que possidet. Et licet tales semp sint in aliqua fatuitate ac detrahẽdo loquant stulta: semp tñ se palliant ꝛ cooperiũt sub clipeo ardentis zeli. Et hec ignea ẽ lorica de q̃ hic Job. subdit: q habebãt loricas igneas. Sicut em̃ lorica coniunctis inuicẽ anulis ferreis fit munitiuũ corpis indumẽtũ: sic excusationes palliate aliquo iusto zelo ad excusandas excusationes in peccatis munitionẽ ꝛ loricam efficiunt diabolo taliũ detractorũz ne diuino lumine expellat. Hac lorica armatus erat diabolus decipiens iudã. Joh. xij. c. detraxit christo ꝛ magdalene di. Quare h̃ vnguẽtum nõ venũt trecẽtis denarijs ꝛ datum est egenis? Dicunt etiã ignee loricę ꝓpt igneum in aparẽtia zelũ: sicut de zelo domini Deut. xxxij. c. scriptũ ẽ. Ignis succensus est in furore meo. Secũdũ vitiũ muniẽs diabolum in mẽtib⁹ detractorũ ẽ aparẽtia boni. s. ꝫm intentionẽ suam quã tales qñq; sufful ciunt rõnib⁹ palliatis ꝛ simulatis: quãdoq; etiam scripturis sacris male vtiq; intellectis. Realiter tñ nihil habent vigoris vel firmitatis: sicut patet in oꝓsitionib⁹ iudeorũ detrahentiũ dño iesu xp̃o. Et hoc signat i ia cinctinis lorici. Jacinct⁹ ei celestẽ color ꝓ quẽ boni appẽtia designat. Nitit ei tñs malicia ꝓ prie mẽti etiã videt celestẽ cũ tñ directe celestib⁹ aduersat. Alij tñ textus ꝓ loricis iacinctinis loricas fumeas habẽt. Fum⁹ em̃ aspicientib⁹ blauiũ colorẽ ꝓfert: exquo manifeste indicat apparentiam boni. Qui aũt in altũ cõsurgit cito ab oculis euanescit. vñ significare põt q talis aparẽtia boni nihil in se continet vitalꝫ sed in nihilum reuertit sic fum⁹. Tertiũ vitiũ muniens diabolũ in mẽtib⁹ detractorũ ẽ abominatio odij. De nõ dilectis difficilit̃ bñ sentim⁹: quia vbi regnat affectio perit oñe iudicium. Tãta em̃ odij puersitas in quibusdam mẽtib⁹ regnat cõtra ꝓximi sui bonũ vt illud abominent tanq; horriduz malũ: quod quidem oñino fieri nõ põt nisi ex summa puersitate malicie ꝓ quã talis hõ puertit suum ꝓximum sensum vt merito dign⁹ fiat illa maledictione diuina: de qua Esa. v. Ue qui dicitis malũ bonum ꝛ bonũ malum: ponẽtes lucem tenebras ꝛ tenebras lucẽ: ponẽtes amarũ in dulce ꝛ dulce in amarũ. Et hec est diaboli lorica sulphurea atq; fetens qua tali mente tenet diabolus cõmunit⁹: vt verificet de illa qđ Job. xviij. c. scriptũ ẽ. Aspgat in tabernaculo illius fulgur. i. aspera ꝛ repleta conscia tali fetore ꝛ horore ꝺ christianissimis bonis ihaſ igit loricas imundi spũs hñe dicunt: quia se in sua potestate quã habẽt in hmõi detractorũ corda hac triplicis peccati defensiõe tuet.

Articulus secũdus de triplici generali mõ crudelis ꝺtractiõis

Ecũdũ mysteriũ refuat detractoꝝ venenosa ꝛba que egrediunt ꝺ eorũ venenoso corde. Et de hoc Jo. subdit. Et capita eorũ sicut capita leonum erãt. Leo em̃ cũ feteat ore atq; sit vorax dente fetentia detractorũz atq; vorantia ora designat. Unde de detractore Ezech. xix scriptũ ẽ. Leo factus ẽ didicit rapere predam ꝛ comedere hoies. Et itez de eisdẽ Proũ. xxx salomon dicit. Est generatio que ꝓ dentibus gladios habet ꝛ cõmãdat molaribus suis: vt comedat inopes de terra ꝛ pauperes ex hominibus. Job quoq; xix. ait. Quare psequimini me sic de⁹ ꝛ carnib⁹ meis saturamini. Uñ moral. xiij. Greg⁹. inqt. Hi sunt q̃ alienevite detractiõe pascunt: ꝛ alienis ꝓculdubio carnib⁹ saturant. Uñ apls Gal. v. Si inuicem mordetis: videte ne ab inuicem cõsumamini Tante nãq; crudelitatis sunt detractores: vt nemini ꝓcant: nec amico: nec consanguineo: nec maioꝝb⁹: nec minoꝝb⁹: oñes deuorant nec tempi parcũt: nec gradui in. xl. seu feria sexta aut in aliqua vigilia apl̃oꝝ vel x̃ginis gloriose. Comedũt vnico morsello vnũ ep̃m siue archiep̃m vel cardinalẽ: imo q̃q; etiam vnũ papam seu vnum conuentũ religiosorũ

UVA. BHSC. IyR_032

aut totam vnã religionẽ vel ciuitatẽ. Aliquã do etiã patrẽ suũ vel mrem. Unde Hiere. ix. Unusquisq; carnẽ amici sui comedet. Et Eze chiel. v. Patres comedẽt filios suos i medio tui ait dñs ad hierlm. i. ad quãlibet ciuitatez vel pviam. Et sequit. Et filij comedẽt pres suos: imo q mirabilius ẽ nec qñq; pcunt detractores longo tempe iã sepultis: qnetiã exhument t deuorẽt illos dum detrahũt eis. Nec etiã pcunt quibuslibet iustis nedũ carnalib⁹ viris: ppterea canibus similant: qui non tñ comedunt carnes: sed insup ossa deurãt. id est homines scõs t iustos. Scõm etiã Lassiodorũ sup. ij. ps. Dentes dicti sunt a demẽdo Jõo pulchre lingue detrahentiũ dentes vocantur: quia sicut illi ciborũ ptes demunt: ita t isti opiniones hominũ corrodũt: Propter hec oĩa Prou. xxij. c. salomõ admonet. di. Noli esse in cõuiuijs potatoq; nec in cõmessationibus eorũ qui carnes cõferũt ad vescẽdũ vbi glo. Carnes ad vescendũ cõferre ẽ in locutione derogationis vicissim primorũ vitia dicere. Jõo. xliij. di. c. cõuiuia. ponit glo. ỽsus Aug⁹. quos scripserat in mensa. s. va. di. Quisquis amat dictis absentũ rodere vitaz hanc mẽsam indignã nouerit esse sibi. Quidam quoq; de sanctis pfib⁹ ait. Abeli⁹ est comedere carnes t bibere vinũ: qz vituperãdo comedere carnes fratrũ. Quidã educauit et domesticũ fecit lupum: t illũ ad ouiũ custodiam ordinauit. Quo dormiẽte venit siluester lupus t omnes iugulauit oues. Euigilãsq; domesticus lupus in pugna occidit eum t omnes iugulatas oues congregauit sup caput ei⁹. Sic qñq; detractor totã vnã religionẽ detrahendo occidit. Triplex est tñ detractio venenosa que egredi solet ex ore detractorũ. Pria dicitur dissilatoria. scõa replicatoria. tertia ex buccata vl effrenis aut apta. Et hoc est quod Job. ait. Et de ore ipsorũ procedebat ignis fum⁹ t fulgur.

De crudeli et dissimulatoria detractione: que decipit sub pallio pietatis. La. j.

p Rima nanq; generalis detractio venenosa dissilatoria nuncupat: que fit cum homo ex pietate ostendit se loq cum detrahit: aut aliq facto: t bono zelo: aut ex aliqua causa multũ cõsona rõni. Abollicia nẽpe habere solet sapiẽtia in suo ortu: dum tñ crescit indurat: t qñq; etiam venenose pungit. Sic etiam detractor qñq; in ꝓncipio vngit: sed demũ pungendo venenũ detractiõis in audientiũ mẽtes infũdit. Unde Bern⁹. sup Cant. sermõe. xxiij. ait. Detractores ãt quodã silãte ỽecũdie fuco cõceptã malicia quã retinere nõ pñt obumbrare conant. Videas a detractore alta premitti suspiria: sicq; cũ quadã granitate t tarditate vultu mesto dimissis supcilijs t voce plagenti egredi maledictionẽ. t quidẽ tanto psuasibiliorem cẽto credit ab his q audiunt corde i uito t magis cõdolẽti affectu cẽ maliciose pferri. Doleo inquit vehementer p eo q diligo eum satis: t nunq; potui de hac re corrigere eum: t alias bñ mihi comptũ fuerat de eo istud: sed p me nunq; innotuisset: Ut qñ p alterum patefacta est res ỽitatẽ negare nõ possum. Dolẽs dico. Reuera ita est. Et addit gue damnũ vel grãde. Nã alꝫ quidẽ in plibus valet: ceterũ in ista pte vt verũ fateamur excusari minime põt. Et hic est ignis pestifer⁹ de ore leonũ. i. detractoq; procedẽs: hoc nempe igne conant ad odium corda audientiũ ꝓtra aliquos inflãmare. Ipi vtiq; prius atq; ardẽtius inflãmati. Ad quos Esa. l. ait. Ecce vos accendẽtes ignem accincti flammis. s. estis. De hmõi etiam Job. xlj. c. ait. Ex ore ei⁹ lampades procedũt quasi tede ignis accense: vñ assilare pñt hmõi homini tanta demẽtis stulto qui vt vacuam vicini domũ cõburat suam plenã incendit.

De detractoribus qui crudeliter referunt audita in proximi ꝺ trimentum. La. ij.

s Ecũda detractio venenosa replicatoria noiat. Hec quidẽ illorum est qui nec os in detractiõe effrenant aliq rubore vel rõnabili causa detinent: sed mox vt alij detrahere cepint ipe q3 diabolice symbolisant ponẽtes: imo poti⁹ de cerpẽtes quilibet bolũ seu morsellum suũ de crudis carnibus primorũ. Ex hoc aũt symbolo primi infamia dilatat: oculi audientiũ excecant t ad temp⁹ ỽitatis noticia obfuscat Et hic ꝺ fum⁹ q de ore leonino egredi dicebat. Sic eñ ex ore clibani vel fornacis fum⁹ teter egredit exq nigrescũt pietes t i aere dilatat⁹ obscurat illũ t finalit euanescit. Sic ex fornaceo t ignito atq; p odiũ cedẽti corꝺ detractoris egredit: teterrim⁹ fum⁹ q primi famã denigrat audiẽtes a ỽitatl cognitiõe obscurat: s demũ erit tps qñ talis ifamia atq; in famãs finalit euanescẽt: sic in ps. inqt. Quẽ-

UVA. BHSC. IyR_032

admodũ fumus deficiẽt. Et Esa. lxv. Isti fumus erũt in furore meo. Et Osee. xiij. Erũt sicut puluis turbine raptus ex area ⁊ sicut fumus de fumario.

De crudeli insania apte et inuerecunde detractionis. Ca. iij.

Tertio venenosa detractio exbuccata vel effrenis aut apta solet nũcupari. Hec eñ illoꝝ est q̃ effronte ⁊ inuerecũde: sicut ad buccã venit fetorẽ detractiõis coꝝ audiẽte euomunt ꝓpterea de talibus pſ. inquit. Sepulcrũ patens est guttur eoꝝ: patens eñ sepulcrũ paratũ est ad suscipiẽda cadauera mortuoꝝ Et licet nihil recipiat tñ de corruptiõe quam habet ꝓ primũ aerẽ inficere solet. Sic vtiq̃ detractoꝝ fetentia oꝛa suspẽſo corde ⁊ expectãti animo atq̃ patula bucca cõtinue sunt patiẽde aliq̃d ỽbũ vel factũ ex eo quẽ odiũt cum p illa fetorẽ detractionis effundant. Similes scribis ⁊ phariseis de quib⁹ in pleriſq̃ euangelij locis est dictũ q̃ ipi obſeruabãt xp̃m: vñ tales ex hoc assimilant canibus macellarioꝝ qui licet multe bone carnes resideant in macello: nihil tñ de illis capiunt vel asportãt nisi aliq̃d fetidũ vel imũdũ aut aliq̃ os. De huiusmodi genere esse solẽt plũmi seculares qui cum religiosis vel sacerdotib⁹ vel alijs suis dei ampli⁹ q̃ discretio postulet intrinsece ⁊ domestice ꝓuersantes nihil exẽpli boni licz multa videant ex eis asportant: sed si quid fragilitatis cõſpexerint aut ociosum verbũ vel risũ aut cõsimile factũ inde scandalizati recedũt illõ ꝓpetua memoria retinẽtes. ꝓpterea prudentissimũ ẽ oino se a ꝓuersatiõe taliũ absentare Propter ea sicut sepulcrũ patẽs licz nihil recipiat tñ aerẽ vicinũ corrũpit. Sic fetidi detractores licet nullũ malũ exẽplũ ỽbo vl facto datũ sit eis: tñ eoꝝ corda ⁊ oꝛa corrupta ſp in ỗtractoꝛia ỽba ꝓrumpũt. Qui habet amarã buccam ſpuere nõ potest dulce. Job ꝓpha stariz subiũgit. Linguis suis dolose agebãt: venenum aspidũ sub labijs eoꝝ. i. in corde quoꝝ os maledictiõe ⁊ amaritudine plenũ est. Talia quidẽ oꝛa sunt sicut foꝛamina fetentia latrinaruꝝ p que fetores exalant. Unde Prou. xxiij. c. scriptũ ẽ. Abominatio hoim detractor ꝓpterea eritio compatur. de quo dr: q̃ sic fetorem exalat ex foꝛamine ſupioꝛi sicut ex inferioꝛi. Job de detractoꝛib⁹ Seneca inqnit. Nõ refert aut ſupius aut inferi⁹ intonet: magis eñ ſupius fetet. In hui⁹ aũt mysterium Mume. ix. scriptũ ẽ. Vas q̃ nõ hz̃ operculum immũdũ erit. Quia igit ex oꝛe detractoꝝ tant⁹ ⁊ sic inficiẽs mẽtes egredit fetoꝛ. Ideo Job. subdit. q̃ de oꝛe illoꝝ equoꝝ egrediebatur sulphur. i. detractionũ velut sulphureus fetoꝛ. Sed heu i tñ quia his coꝛruptis tẽpoꝛib⁹ vbiq̃ detractoꝝ inualuit fetoꝛ q̃ nõ solũ int̃ seculares sed etiaz int̃ multos nõ qui nominis regulares minime sentiat: qz cõiter oñes fetent: vñ Bern. ait. Ubi cõiter oñes fetidi sunt vn⁹ fetens minime sentit. Et Hiero. ad Celantiã inquit. Rarũ inuenies q̃ irreprehensibilem vitã suam exhibere velit: vt is ſi reprehẽdat alienã. Tãtaq̃ hui⁹ mali libido mẽtes hoim inuasit vt etiam q̃ ꝓcul ab alijs vitijs recesserint in istud tñ. q. in extremum laqueum diaboli incidãt. Et iterũ ad eandẽ inqt. Nulli vnq̃ oñino detrahas ⁊ aliorum vituperatione te laudabilẽ videri velis: magl tuam vitã oꝛnare disce q̃ alienã carpe: ac ſp memoꝛ esto scripture dicẽtis. Noli diligere detrahentes ne eradicer l: pauci eñ sunt q̃ huic vitio renunciẽt. Et idẽ ad rusticũ monachuz ait. Incõgruũ ẽ coꝛpe latere ⁊ lingua p totuz mundũ vagari. Hec eñ detractiõis spẽs. scz dissilatoꝛia, replicatoꝛia ⁊ apta Dañ. vij. per tres oꝛdines dentiũ qui erãt in oꝛe vsi congrue demonstrant. Dr eñ ibi. Et ecce bestia alia. ſ. scda silis vrso in pte stetit: ⁊ tres oꝛdies dentiũ erant in oꝛe ei⁹ ⁊ in dentib⁹ ei⁹ principes tres. ⁊ sic dicebãt ei. Surge comede carnes plũmas. Ursus eñ lz̃ in quibusdã membris videat hõ: crudelissima tñ bestia est cõmoꝛans in abditis inquieta ⁊ voꝛax. Sic quilibet detractoꝛ crudelis bestia est: siẽ ex prece dentib⁹ patet. hic in abditis cõmoꝛat: quia sicut in pſ. inqt. Insidiat in abscondito. ſ. coꝛvis q̃si leo in spelũca sua. hm̃oi semp inquieta ẽ mens ⁊ lingua quia detractionib⁹ assueta: modo cũ vno: mõ cũ alio: mõ de vno modo de altero carpit moꝛsus. Insup voꝛax est imo crudelissim⁹ quia deuoꝛat ampli⁹ q̃ infern⁹. Infern⁹ aũt deuoꝛat solũ malos: ỗtractoꝛ ãt bonos ⁊ malos. Unde Eccli. xxviij. ỗ tertia lingua detractoꝝ ait. Utilis ifern⁹ poti⁹ q̃ illa. Hec aũt bestia in pte stat cũ se iustũ ceteroſq̃ iudicat pctoꝛes. Sic faciebat detractoꝛ ille phariseꝰ Luc. xviij. qui apud se dicebat oꝛãs ſi apd deũ. Gras tibi ago dñe q̃ nõ suz sic ceteri hoim raptoꝛes iusti adulteri vel ut etiã hic publican⁹ ⁊c. Ecce detractio facta impie coꝛã deo. Tres etiã dentiũ oꝛdines habent ꝓpt triplicẽ spẽm detractiõis iã dictam

UVA. BHSC. IyR_032

Et in dētib⁹ ei⁹ p̄incipes tres: qui sunt hōmones tres ad p̄dictas tres detractiones hoies inducētes ac dicētes cuilibet detractori. Surge p̄ supbiam liuorem ⁊ odiū: comede. i. dūora carnes plūmas. detrahe cunctis. i. deuora oēs: nullicq̄ lingua tua maledicta parcat.

Articulus tertius de trib⁹ generibus audientium detractionem: quorum vnum scz credentes periclitantur.

Tertium mysteriū apit detractoꝝ venenosa opa: quia multi ex hac peste eternaliter puniunt. Et ō h Job. subdit. Et ab his trib⁹ plagis occisa est tertia pars hoim. Tria sunt hominū genera que audiūt detractores. Primi p̄seruant. secūdi defensant. tertij cōtaminant

De septēplici remedio ne homo ex auditu detractionum contaminetur et corrūpatur. Ca. j.

Tunc em̄ q̄dā audiētes detractores: q̄ a p̄tamiatōib⁹ loquētiū p̄seruant ⁊ detractoribus nequaq̄ credūt: ⁊ licet audiant corpe: obaudiunt tm̄ mēte. Ad qō pficiendū septēplici remedio vtendum est. Primū dr cōtristatio. scōm elongatio. tertiū reprehensio. quartū humiliatio. q̄ntum recordatio. sextū stabilitio. septimū compassio. Primū aūt remediū cōtristatio noiat Debet em̄ hō cū audit detrahentē tristē ostendere vultū. vñ. vj. q. j. c. ex merito dr. Nemo inuito auditore libēter refert. Et Prou. xxv. Ventus aquilo dissipat pluuias: ⁊ facies tristis linguā detrahentem. vbi glo. Si hylari vultu detractorē audieris. tu illi das fomitez detrahendi: si aūt tristē discit nō libēter dicere quod didicerit nō libenter audiri. Et Hieronym⁹ ad rusticū monachum ait. Sicut sagitta si mittat cōtra duram materiā nōnunq̄ in mittentē reuertit ⁊ vulnerat mittentem ita detractor cum tristem faciem viderit audientis: imo nō audientis sed obturātis aures suas ne audiat iudiciū sanguinis ilico conticescit: palletvultus: herent labia: saliua siccatur: ⁊ p̄ cōsequens a detractiōe desistit. Secūdum aūt remediū est elōgatio. i. a p̄spectu detrahentis se elongare. Et si sine magno scandalo fieri potest statim abire iuxta consilium sapiētis Prouerb. iiij. qui ait. Detrahētia labia, pcul sint a te. Mā fm Hiero. Si deest auditor deest detractor. Et alibi idem ait. Non minus auribus q̄q̄ lingua fugias detractionem. Nam detractor cum videt te non libenter audire: nō facile potest detrahere. Tertiū remediū est discreta reprehensio vel si licet obiurgatio. exemplo christi Joh. xij. qui cōtra iudam ⁊ alios discipulos contaminatos per iudam ac detrahentes contra magdalenam q̄ fudisset libram vnguenti nardi pistici preciosi ait ihesus: sinite illam ⁊c. Item propt̄ eandem causam eisdem Matth. xxvj. ait. Quid molesti estis huic mulieri. ⁊c. Exēplo q̄q̄ dauid qui de se ait. Detrahentē secreto p̄o. suo hunc persequebar. Exemplo etiam Job. qui in. xxix. c. de se ait. Conterebam molas iniq̄tatis. id est. detractorum: ⁊ de dentibus illi⁹ auferebam predam. Quartum remedium ē humiliatio per quam homo recurrat ad archana conscientie sue atq̄ reminiscat cogitādo: q̄ multa cōmisit ex gratia dei infamiā nō incurrit: vt ex consideratione proprioꝝ peccatorum que tangunt eum ⁊ pungunt conscientiam suam: peccata non ponderet ne consideret aliena. Unde Isidorus. Nunq̄ detrahes alijs si te bene prospexeris. Quis inquā foret qui si acutis spinis manibus pungeret attenderet detrahenti. Grauius em̄ debent mentez pungere patrate culpe: q̄z carnem pungentis spine. Unde Eccl. xxviij. c. precipit dominus di. Sepi aures tuas spinis. id est pungentibus conscientie tue stimulis: et noli audire linguam nequā. Quintum remedium est recordatio scz q̄ de alio vt de te multa fuerūt dicta: de quo certissimus es q̄ erat oppositum omnino vel incomparabiliter minus malum. Sic pensandum est q̄ in hoc casu similiter esse potest. Nō enim parui criminis est prava sentire de rectis. Ideo. j. Corinth. xiij. apostolus ait. Charitas non cogitat malum. Sextum est stabilitio. scz ne de facili homo credat. Nam vt dicitur Eccl. xix. c. Qui cito credit leuis est corde. Hieronymus quoq̄ ait. Si esset in nobis diligentia ne pessimis obtrectationib⁹ crederemus: iam omnes detrahere timerent. Isidorus quoq̄ libro tertio de summo bono inquit. Non solum ille reus est qui falsum de alio profert: s ⁊ is qui cito aurem criminibus prebet. Septimū est compassio q̄. s. hō cōpatit his qui

UVA. BHSC. IyR_032

bus detrahit iniuste.imo si hō cert⁹ esset de malis de q̄bus prim⁹ infamat:cōpatiēdū est ei. Ac p hoc hō induit viscera pietatis ne scā-dalisēt ex primorū malis. Exēplo quidē mē brorū cōpatiendū est primis. Vñ.j.Cor.xij c. Si quid patit vnū mēbrū cōpatiunt ei oia mēbra. Et.j.Pet.iij. Estote inuicem cōpatiē-tes fraternitatis amatores

De his qui et si non mortaliter: saltem venialiter in mēte cō-taminantur. Ca.ij.

Ecūdū hoim gen⁹a detractorib⁹ defensatur. Et hi sunt q̄ licet ōtra ctorib⁹ nihil determinate z temere credāt: aliquo modo in fide vacil-lant: z aliqualiter infirmantur circa illos q̄b⁹ detrahere audierūt. Nō tñ oīno credendo iudicant illos. Aliqua tñ de illis suspitio men tem eorū ingreditur. Unde p̄m glo. sup illō. j. Corinth.iij. Nolite ante tempus iudicare. et si suspitiones vitare nō possum⁹ quia homi-nes sumus: iudicia tñ. i. detractiuas sententi as cōtinere debem⁹: atq̄ cū suspicio pul saue rit orandū est cū ppheta qui ait: Amputa op probriū in q̄ suspi. sū. quia iudicia tua iocū-da: licet em̄ homo nō credat mala que audit pctm̄ tñ ē veniale saltē: z graue libēt accōmo-dare aures ē ad audiendū de prio suo malū Posset tñ tanta esse in detractione complacē tia q̄ posset eē pctm̄ mortale z saltem magnū periculum est tm̄ vbi non cōcurrit mortalis culpa. in hoc scō genere hoim onerari pōt

Q̄ in participatione detracti onis homo tripliciter peccat: et q̄ ex detractione innumerabilia oriuntur mala. Ca.iij.

Ertiū genus hoim est qui ex ōtrac-tionibus cōtaminant z pereunt Tripliciter quidē peccare pōt au-diens detractorem. Primo si tace-at. scō si delectat. tertio si inducat. Primo in q̄ audiens detractorē peccat si taceat. Pōt tñ contingere q̄ hō tacet ex triplici vario respe-ctu. Primo ex timore. secūdo ex negligentia. tertio ex verecūdia. Propter has em̄ cās non reprimere detrehētē pctm̄ est: nihilomin⁹ mul tomin⁹ q̄ detrahere z plerūq̄ ē veniale. Po-test etiam hoc eē mortale ppter tria maxime. Primo quia alicui incūbit ex officio seu gra-du corrigere detrahentem nec hoc facit. Cō-tra quos Bern̄. Nō licet tacere cui ex officio incūbit vitia redarguere. Secūdo ppter ali-quod piculū quod ex illa detractione subseq̄ potest. Tertio ppter radicē qua timor huma nus q̄q̄ pōt esse mortale pctm̄ sicut alibi p⁹ Propter hec tria.lxxxvj.dist.c.faciētis. Non caret scrupulo cōcessionis occulte: qui mani-festo facinori desinit obuiare. Secūdo autez mō peccat hō si delectat. s. audire detractōnē z hoc ppter odiū ei⁹ cui detrahit. Et talis nō minus peccat q̄ ipe detractor: z q̄q̄ etiā ma gis ppter maiorē delectationē. Unō Bern̄. ad Eugeniū. Velle audire z detrahere: quid horū dānabili⁹ sit nō ē facile diffinire. Et ite-rum idē ait. Detractor z detractorū libēs au-ditor vterq̄ diabolū habet: ille in lingua ille in aure. Ex quo quodammō pōt sequi quot-quot detractores audis: tot in auris⁹ demo-nes recipis. Et Aug⁹. Nō accōmodes aures tuas ad p̄cipienda verba detrahentis: ne ac-cipias mortē in aia tua. Detrahenti em̄ z au-dienti anime: vtriq̄ esca mortis ē z detractio Et.xj.q.iij.c.nō solū. scriptū ē. Nō solū ille re us est qui falsum de alijs p̄fert: sed etiā q̄ au-rem cito criminib⁹ p̄bet. Et Ihiero. Non li-cet tibi vituperationem alterius patienter au-dire: q̄ nec ab alijs optas recipi tuā. Alijs q̄s ait. Que ē delectat audire turpia: loqui p̄uo-cat. Ihiero. etiam ad Nepotianuz inq̄t. Caue ne linguā vl aures habeas p̄ruriētes aut alijs detrahas: aut alios audias detrahētes. Ter tio quoq̄ peccat hō si ad detractionem indu cat. Et talis plerūq̄ amplius q̄ detractor of-fendit: q̄m ex maiori iniquitate vel malignita te p̄cedit. Et talis omniū malorū que ex cā ab eo data p̄cedūt corā dño habz reddere ra tionē. vñ ex de iniu. z dam. da. c. si culpa. scri bit. Qui occasionē damni dat damnū dedis-se videt. Dēs igit q̄ mortaliter ipenitent ex au ditu detractionis⁹ peccāt: ttia sunt ps de q̄ h Job. ait. Et ab his trib⁹ plagis occisa ē ttia ps hoim. Qta aūt sit h ttia ps oñdit glo. sup il-lud Prou. xxiiij. Cū detractorib⁹ ne cōmisce aris q̄m repēte p̄surget p̄ditio eor. Vñ ait. hoc specialit vitio p̄clitat totū pene gen⁹ hu-manū. Unde ē illa ttia maledicta lingua. de q̄ Eccl. xxviij. c. ait. lingua ttia. s. detractorux q̄ ttia nūcupat: nō tm̄ ppt cās in alio q̄ drageſi mali p̄mōe. xxix. exp̄ssas: s etiā q̄ ttia ē ab illo cui loq̄t z ō quo detrahit mltos: cōmouet. s. ad credulitatē malox auditox z dispsit illos ō gēte i gētē: ciuitates diuitū ōstruxit z domos magtox effodit ōtutes p̄ lox. s. ei credētiū p̄ci dit. s. vinclm charitatis soluēdo: z gētes fortes dissoluit. s. ab obia supiox. Lingua ttia muli-

UVA. BHSC. IyR_032

eres vitas ⁊ verecūdas. Et dicit verit⁹. ta. tū. a vereor. ris. quasi verecundiā habens. Alij libri habent inuitas eiecit. s. de demonib⁹ virorum suorū ⁊ ꝓuauit illas laboribus suis: quia respexit illam. s. ei credendo: non habebit requiē nec amicū in quo requiescat. Flagelli plaga liuorē facit. s. exterius: plaga linguę minuet ossa. i. vtutes: quia vulnerat mētem interius. Scōm igit rectum iudiciū rationis: qui bene cōsiderat oīa mundi scelera oīes iniquitates ⁊ quasi oīes hereses: scismata ⁊ impietates ex tertia lingua originem habēt: O igit lingua neq; lingua tertia detractoris. o crudelitas infernalis. o ipia odij ⁊ inuidie proles. o pestifera lepra: tu es q̄ discordias seminas: tu sola ꝓculcas bonos. diffamas iustos: paris scādala: piuria. testimonia falsa: occasiōes iniquas multiplicare nō cessas. Tu lingua seua punis insontes: inter cōiuges scandala ponis: infamas viduas: ō florās vgines: tu pias ⁊ sacras religiosas cōfundis: simplices conscietias turbas. Tu rācores: tu iurgia: tu liuores ⁊ iras. cōtentiōes ⁊ rixas ⁊ cōtumelias: ⁊ scissuras suscitare nō cessas: diuisiones ⁊ pcialitates nutrī ⁊ lactas tu sola ꝓditiones: guerras: incendia foues: homicidia patras: tu fratricidia ꝑricidia mꝛicidia: ⁊ ceteras crudelitates virulenta impietate cōmittis. Tu sola federa frangis: in conjurationibus occuparis: sepas amicos: multiplicas inimicos: tu sola dissipas ciuitates: destruis regna: cōfoues tyrānias: tu charitatem extinguis. depmis iustos: magnificas ipios: fidem destruis: spem quoq; frāgis: ceteraq; virtutes impia crudelitate pſequeris tu oīa scelera viuificas ⁊ extollis. Quid plura: tu angelos ⁊ demones cōuocasti: atq; de celesti regno in eterna supplicia deiecisti ⁊ ꝓfundasti: ꝓmoscq; parentes nostros ac cū eis totum gen⁹ humanū de paradiso deliciaruꝫ ad temporales ⁊ eternas miserias destinasti Demūq; dei filiū tu sola in crucis patibło affixisti. Sed lapidem christū quem reprobauerunt: per hanc detractōnē edificantes scribe ⁊ pharisei: hic velit nolit factus ē in caput anguli. i. sup oīes in gloria sempiterna. Luz q̄ regnare nos faciat: ipe benedictus deus trinus ⁊ vnus: qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum Amen.

Sabbato post secundam dominicam in quadragesima de filio prodigo: vbi moraliter euangelium declaratur. Ser. xxiiij.

Pater peccaui in celū ⁊ coram te: iā nō sum dignus vocari filius tu⁹. Luc. xv. Sic enī ait Chrys. i omelia. Oīs malicia cōfunditur aliquoties ratione veritatis. corrigit aūt nunq; maxime eorū qui ꝓposito maior nō ignorantia peccant: sicut sunt pessimi detractores de quibus in p̄cedenti sermone plenius dictum est Qui aūt ex ignorantia peccāt leuius misericordiam cōsequuntur: sic de se. s. Timoth. s. ap̄lus ait. Misericordiā consecut⁹ sum quoniam ignorans feci. s. pſecutionem eccl̄ie dei ⁊ nominis iesu christi. Similiter filius prodigus ex fragilitate ignorantie peccās: misericordiam adeptus est: cum ad patrem reuertitur humiliter d. Pater peccaui in celum ⁊ coram te: iam nō sum dignus vocari filius tu⁹. Sic moraliter cū peccator ad cor reuersus humiliter coram dño se pſternens ait. Pater misericordiarum ⁊ deus tot⁹ consolationis peccaui in celum ꝓpter cōemptū tue maiestatis oīm⁹ p̄sidentl: ⁊ coram te ꝓpter contemptum tue vitatis oīa speculantis: iam nō sum dignus vocari fili⁹ tuus ꝓpter ꝓemptum tue bonitatl oīm⁹ puidētl. Et i hoc octaua. id ē pnialis religiositas aptt: p quā hō pctor penitens humiliter petit ⁊ impetrat miscōiam dei Sz q̄ in occurrēti euāgelio moralr intellecto h moralitas demōstrat: tota pītis ſmōis series in ei⁹ expositiōe ⁊ declaratiōe decurrat. In q̄ euāgelio tria mysteria p ordinē declarant. Primū ruinātl culpe. scōm resurgētis gfe. tertiū indignātis inuidie. De q̄b⁹ ꝓpba in p̄s. xlviij. hō cū in honore eēt nō intellexit cōpa. iu. nisi. ⁊ si. fa. est illis. hec via scā ipis: et pos. in ore suo cōplacebūt. Primū ruinantis culpe tangit. ibi. hō cū in ho. e. nō itel. cōpa. ē iu. nisi. ⁊ si. fa. ē illis. Scōm rsurgēti gfe. ibi postea in ore suo cōplacebūt. tertiū indignātis inuidie. ibi. hec via il. scā ipis. Et pōt eē in pīti materia aliud thema.

Articul⁹ primus de triplici pctō rū statu: vñ p quattuor grad⁹ descendit in pctorū profundum.

Primū mysteriū ē ruinātl culpe Nūq; enim plenarie animia per culpam ruit nisi omnibus suis viribus. i. itellectu volūtate ⁊ memoria a bono ꝛ oim

Sabbato p⁹.ij.do.in.xl.de filio prodigo

largitate se auertat et ad mundi vana et trā-
transitoria se conuertat. Quod & fecisse hunc
filiū prodigum p quē peccatoꝝ penitēs desig-
natur ipa euangelica series manifestat. Mā
gdatim ꝺscēdit peccatoꝛ aīa p tres stat⁹. ¶Pri
mus est mūdane excecationis. secūdus vane
delectationis. tertius diuine obliuionis. ¶Pri
mus ptinet ad initiū. scōs ad ꝓcessum. terti⁹
ad terminū pctoꝝ. Quos status p ordinem
pō. exprimit dicēs. Homo cū in honore esset
nō intellexit. s. ꝓpter mūdanā excecationem
compatus est iumentis insipientib⁹. s. ꝓpter
vanam delectationē: & similis factus est illis.
scz ꝓpter diuinā obliuionē.

Q̄ p tres cecitates aīa peccatoris a deo incipit separi. Ca. j.

¶Primus est stat⁹ mūdane excecati
p onis: & hoc ptinet ad initiū peccā-
di. Et habet tres grad⁹ ꝑm q̄ i tres
cecitates anima ruit. ¶Prim⁹ gra-
dus ē libertatis ambitio: qō quidē omnium
peccatoꝝ est initiū. Et de hoc dō⁹ ait. Hō q̄-
dam. s. de⁹ habuit duos filios. s. iustos & pec-
catores: & dixit adolescentioꝛ ex illis. i. deuiās
p peccatū. ¶Pater da mihi portionē substātie
que me cōtingit. Hec substātia ꝓis dei ē om-
ne bonū quod habet hō siue nature siue gr̄e
Bonū tū nature est qō tam iustis q̄ pctoꝛib⁹
contingit & dat. Talis nāq; petitio nihil aliō
est q̄ dicere. Dimitte me scōm ꝓpriā volūta-
tem meis naturalib⁹ vti. de tua gr̄a nihil cu-
ro. Scōm em̄ Alex. de hal. Talis substantia
ad min⁹ in hoc consistit que oīi homini tan-
q̄ necessaria cōcessa sunt. ¶Primū est ratio ad
cognoscendum bonū: scōm est temp⁹ ad per
ficiendum bonū: tertiū est potestas faciendi
bonū. quartuz materia se exercēdi in bono.
q̄ntū est instrumētū qō ē corp⁹ p quod opaī
bonū. Et hec sunt quinq; talenta. Mat. xxv
que ibi ponunt̄ p ordinē. ¶Prou. v. vbi dicit̄
Ne des alienis honorē tuū. ecce primum. et
annos tuos crudeli. ecce secūdū. Ne forte re
pleant̄ extranei laboribus tuis. ecce tertiū. &
labores tui sint in domo aliena. ecce quartū.
& gemas in nouissimis q̄ consumpseris car
nes tuas & corpus tuū. ecce q̄ntū. Et sequit̄.
Et dicas: cur detestatus sum disciplinaz & in
crepationibus non acquieuit coꝛ meū. q. d. ꝑ
volui sequi voluntatē meam. Secūdus gra-
dus est libertatis acceptatio. Et de hoc seq̄t̄.
Et diuisit substantiā. Ad l̄fam dedit illi pos-
sessiones armenta supellectilia denarios & con
similia. Moraliter etiā diuisit illi substantiam:
quia vt dicitur Eccli. xv. De⁹ ab initio consti-
tuit hominem: & reliquit eum in manu consi
lij sui. Et sequit̄. Ante hominem vita & mors
bonum & malum: quod placuit ei dabit̄ illi.
Et Hiere. xij. domin⁹ ait. Ego do coram vo-
bis viam vite & viam mortis. Tertius grad⁹
est libertatis executio. & de hoc subditur. Et
non post multos dies. s. a libertate arbitrij:
ꝯgregatis oīibus: ad litterā. & in denarios
oīibus reductis & coadunatis armis equis
linerijs gyornijs socijs famulis emptis & p-
curatis. Moraliter cōgregatis oīib⁹. s. viri-
bus suis & supradictis naturalib⁹ bonis in il
lis confidens. adolescentioꝛ filius peregre ꝓ
fectus est. Nō locum mutando extra deuz q̄
vbiq; est. s. animū sepando. Unde glo. Quo
in primo ope plus delinquit: tanto a dei gra-
tia plus recedit. Unde pō⁹ ait. Lōge a pecca-
toribus salus: in regionē longinquā. id ē. vi-
am latam & spaciosam possunt seculi nequā
que homines a deo elongat & finaliter homi
nem damnat. Uel regio longinqua est igno
rantia dei & sui. Nam sicut prophet̄a ait. Ne
scierūt neq; intellexerunt in tenebris ābulāt.
Iter autem huius regionis sunt diuitie & de
licie & magnificentie mundi: ꝑ quarum ab-
usum homines excecantur.

Q̄ per tres gradus praue delectationis prolabitur anima in multitudine peccatorum. Ca. ij.

¶Secundus status vane delectatio-
s nis: & hic ptinet ad peccandi pro-
cessum: qui etiam tres alios habet
gradus ad descensum in peccato-
rum profundum. ¶Prim⁹ videlicz gradus est
vilis carnalitatis. secundus vilis paupertat
tertius vilis insatiabilitatis. ¶Primus grad⁹
est vilis carnalitatis. Et ō hoc subditur: & ibi
viuendo luxurioſe. Ad litteram in sonis io-
cis. choreis. hastiludijs. cōmessationibus me
retricibus seu scortis. curialitatibus. et socie
tatibus. festis & solacijs. Moraliter autem lu
xuria exhaurit et eneruat omnes corporis &
anime vires: sicut testatur Job. xxxj. c. dicēs
Ignis est scz luxuria vsq; ad perditionem de
uorans et omnia eradicans germina. Secū-
dus gradus est vilis paupertatis. de quo sō
ditur. Dissipauit omnem substantiam suam
id est. quinq; predicta bona. s. rationē temp⁹
facultatē materiā & corpus cū qb⁹ fiūt bona.
Uel dissipauit oīem substantiā suaz. s. rerū
mēbroꝝ & morū: sicut ¶Prou. xxix. scriptū est

UVA. BHSC. IyR_032

Qui amat sapientiaz letificat patrē suū: qui aūt nutrit scortū perdet substantiā. Et in eius psona lamētabit̄ ppheta inquit. Infix⁹ sum in limo pfundi ⁊ nō est substātia. Tertius⁹ gradus ē vilis ifatiabilitatis. vñ subdit̄. Et post q̄ cōsummasset. s. tam naturalia q̄ corpalia: hmōi abutendo facta est fames. Ad ifraz ⁊ eti am spūaliter valida. Itē penuria ⁊ defectus omniū bonorū operū ⁊ virtutum ⁊ insatiabile desideriū luxurie creuit in regione illa. s. exilij ⁊ dissimilitudinis ⁊ vmbre mortis. Sic cōminabat̄ dns Amos. viij. c. d. Mittā famem sup terrā. ⁊ ipe cepit egere: sed etiā deteri⁹ indigebit. Et merito quia vt dicit̄ Prouerb. ix. Anima dissoluta esuriet. ⁊. xij. iterū ait. Egestas ⁊ ignominia ei q̄ deserit disciplinā: quod etiā ad lram intelligi habet.

Q̄p tres gradus descēdit anima in profundum diuine obliuionis. Ca. iij.

Tertius fructus est priuatio ecclesiastice sepulture. Cõclusio ẽ q nullus in mortali peccato decedens si notorij est: debet ecclĩastica sepultura sepeliri: sicut patz ꝓhibitũ. xiij. q. ij. ꝺb⁹ ⁊. c. nõ estimem⁹: ⁊. c. p obeuntibus. Et bñ intelligendum est nisi fuerit ecclie reconciliatus: vel ostenderit pnie signa: ex̃ de sepul. prochiano. Excipiunt publici raptores. ex̃ de rap. c. sup eo. vel moriens in torneamẽto. extra ō tornea. c. ad cuidentiã. q nisi etiã signũ penitentie ostenderẽt: sicut alibi dicẽ debent ecclesiastica sepultura carere. Parciales cũ sint notorij si decedunt absq̃ pnie signis qui sepelit eos in loco sacro mortaliter peccat: q facit cõtra predicta ecclesiastica iura. Ecclie aũt nõ obedire pctñ ariolãdi ⁊ paganitatis est. lxxxj. di. si qui. Ex his etiã ꝓhibitionibus satis patet: q pciales qui in parcialitatũ fauoribus occidunt: sicut canes ad fossũ proijci debent: iuxta ꝓhibitũ vaticinũ. Hiere. xxij. Sepultura asini sepeliet. s. impenitens parcialis qui signũ pnie nõ ostẽdit in fine. Et si alit ibi sepeliantur ad tumulũ est damnationis eoz xiij. q. ij. cũ grauia. ⁊. c. quibus: imo si ibi sepulti sũt oino sunt exhumãdi: vbi eoz corpa pñt ab alijs secerni. ex. de sepul. sacris canonibus est institutũ: ⁊ cimiteriũ siue eccĩa ẽ reconcilianda. extra de ꝓse. ec. c. cõsuluisti. Ratio horũ est: quia officiũ deuote sepulture est bone fidei testimonium. xiij. q. ij. non estimemus ante fi. Propterea ne clerici sint falsi testes impio parciali ⁊ cuicũq̃ in mortali notorio impenitenter decidenti. extra de rap. c. ij sanctitũ est ne taliũ intersint sepulture. Nec tũc suscipiant elemosynam eius. Et hoc satis euidenter colligi potest q qui parcialem impenitentem tradit vel tradere facit ecclesiastice sepulture: vel ad hoc ꝓbet auxiliũ vel fauorẽ a labe falsi testimonij nõ ẽ imunis. Juxta illud Prouũ. xix. c. Testis falsus nõ erit ipunit⁹.

Quart⁹ fructus q nõ debent orationes et oblatiões fieri pro pciali. qui sine signis pnie iã decessit. Ca. iij.

Quart⁹ fructꝰ est silentiũ oronum ecclĩasticarũ. Cõclusio sit q ꝓ pciali ipenitẽter decedẽte oroes ⁊ oblatiões ñ ꝺñt fieri q mortale ẽ. Rõnẽ ãt h⁹ fm Bona. i. ij. di. xliij. põit: q. j. Jo. v. ẽ pctñ ad mortẽ: ñ dicẽ ꝺovt ꝓ eo ꝙs rogel

UVA. BHSC. IyR_032

ꝑccatū ad mortē est finalis impenitentia q̄ iusto iudicio dei sepe plectunt ꝓciales. Unō peccat qui dicit: vel dicere facit scient missas aut officia siue aliqua ecclīastica bona ꝓ illo ꝓcialis anima ac si quis hoc faceret ꝓ impio iudeo vel saraceno. extra de sta. mona. ca. j. & c. sup quodā. ex de fur. c. ij. & xiij. q. ij. p obeuntibus. In quib⁹ omnib⁹ locis ab ecclīa inhibetur q ꝓ impenitēte defuncto oratiōes non sinat facere siue oblationes. Unde in mysterium Matth. ij. scriptū est. Vox in rama. id est. in excelso audita ē: rachel. i. plorās filios suos. s. ꝓciales in peccato defunctos & noluit consolari. s. orationib⁹ christianorum ꝓ ipsis orantiū: quia nō sunt. s. in statu salutis & eterne damnationis. Ex p̄dictis ergo patet dilectissimi fratres q̄to odio abijcienda abhorrēda & ꝓsequenda sit crudelis & criminosa diuisio ꝓcialis & corde. ore. & ope rēnuenda: & omnino a toto populo extirpanda: vt illa fraternali & amarosa vnione gaudeatis. de qua in ps̄. Ecce q̄ bonum & q̄ iocūdū habitare ffres in vnum. Quā nobis cōcedat corda in vera charitate copulās & cōseruās dñs ihesus xp̄s: qui cū patre & spūsc̄o vi. & re. in se. se. Amen.

Dñica tertia in. xl. infra diem cōtra insignia distinguēda inter ptes. Sermo. xxvj.

Cum fortis ar

c matus custodit atrium suum: in pace sunt omnia que possidet. Luc. xj. Magna quippe res est & piculis plena ignorantia vitatis. Mā sic Ysido. ait. Mater est & nutrix oīm viciorū. Quid sit damnū culpe nō sentit insipiēs: quotidie peccat & ignorat. Et iterū. xxxviij. scriptum ē de ignorantia. Ignorātia mater est cunctorū errorum: & c. qui ea Greg⁹. in moral. ait. Qui ea que dei sunt sapiunt: a dño sapiunt. Et q̄ ea que dei sunt nesciunt: a dño nesciuntur. Ap̄lo testante qui ait. Si quis ignorat ignorabit. Hinc quoq̄ idem Greg⁹. ait. Quicunq̄ stult⁹ est in culpa sapiēs erit in pena. s. per penam sempiternam: vel sic. s. penam sustinendo sempiternam. Et iterum Esa. c. v. Captiuus ductus est populus me⁹. s. ad supplicia eterna: quia nō habuit scientiam. Ignorata etiā culpa minime emēdat: quē admodum ignorante infirmitati remediuz adhiberi nequaq̄ pōt. Et hoc in ceteris vitijs ignorantia deterior & piculosior est. Sed sic initiū mortis aie est ignorātia de peccato: finis vo gloriatio in peccatis. Sic salutis initiū peccati cognitio est: finis vero cōfusio de peccatis. Magna quippe pace quiescit diabolus i corde peccātiū qū ꝓ ignorantiā patrat culpa. Unō Job. xl. de tali demone scriptū ē Sub vmbra sc̄z ignorantie dormit. s. pacificus & quietus i secreto talami. i. in mente vacua lumine veritatis & plena ignorātie cecitatis: in loc humētibus. i. ꝓnis ex ignorantia ad quēcūq̄ casum: hmōi em̄ sunt oīes qui ꝓcialitatum insignia tenent in domib⁹: vel super hostia domorum aut in menijs altis & turrib⁹: aut palatijs suis: aut in ciuitatū portis vel quarumcūq̄ terrarum. Quod quidē manifestum signum est q̄ diabolus partium caput: q̄ Apocalip. ix. exterminator dictus est in locis illis & in malis cōscientijs inhabitantiū ibi pacifice cōmoratur. Et hoc manifeste indicat infallibilis veritas xp̄us ihesus in verbo prealleg̃ato. Cum ait. Cum fortis ar. cu. a. s. in p. sunt oīa que possidet. Quis est em̄ hic fortis armatus nisi diabolus: de cui⁹ fortitudīe Job. xlj. Non est potestas sup terrā que comparetur ei. Hmōi aūt arma quibus armatus est sunt concatenatiōes & cōfederatiōes cordium cunctorū qui ꝓcialitates sectant. Un̄ de aquilone de quo pandetur oīe malum. id ē de exterminatore p̄dicto Eccī. xliij. scriptū ē. Sup oīem congregationē aquarū requiescit: & sicut lorica induit se aquis. id ē. parcialibus populis qui labuntur vt aque: et facile tanq̄ aque a demone diuiduntur. Atrium vero eius quid conuenientius indicat q̄ locum & domum in qua talia insignia parcialium collocantur. Hunc nempe locum: vel potius parciales habitantes in eo demon oīni vigilantia custodit & maxie a lumine veritatis. Sicut dominus ait Joh. iij. c. Qui male agit odit lucem. Cum autez a tali lumine anima custoditur tunc in pace sunt oīnia que possidet: scilicz demō eo q̄ nullo remorsu cōscientie de talibus molestatur: quia tanta cecitate obscurat: et obscuritas seruat mentes hominum habitantium ibi: et diligentia illa vt nō intelligant q̄ talia insignia sint arma et manifestissima signa q̄ loca illa cum talib⁹ habitatoribus a deo sunt tradita in demonū ptāte: & q̄ ab exterminatore pacifice possidēt

UVA. BHSC. IyR_032

ihz ei adũsari⁹ noster q̃sdã mõs semiandi seu simulandi opa dei: vt q deus opatũr bonum z in animarũ salutẽ: demon ipe opek in malũ z in animarũ pniciem. Didicerat qõ Apoca. vij. scriptũ ẽ. Vidi alterũ angelũ. i. xp̃m ascẽdentem ab ortu solis. i. a luminosa z solari doctrina habentẽ signũ dei viui. i. gr̃am gratificantem in ihesu noie designatã qua suos sigt z saluat electos: sicut Mathẽ. j. c. sanctissimo ioseph angelus ait. Vocabis nomẽ ei⁹ iesum ipe em̃ sal. fa. po. su. a pec. corũ. De qua gratia in electorũ psona pñ. ait. Signatũ est sup nos lumẽ vultus tui dñe. dedisti leticiã i corde meo. Et statim Job. addit. Et clamauit iperans. s. quattuor angelis quib⁹ datũ ẽ nocere terre z mari. i. i psperis z aduersis dicẽs Nolite nocere terre z mari neq; arboribꝰ. id ẽ. bene agere incipiẽtib⁹ pficiẽtibus z pfectis: quoadusq; signem⁹ seruos dei nr̃i in frontibus. i. mẽtibus eorũ. Et itez Job. subdit. Et audiui numerũ signatorũ centũ. xliij. milia signati: p quẽ numerũ oñes electi mystice designant: sicut alibi ostensum est. Sic ex adũso diabolus inuenit signũ reprobatiõis eterne quorũ reproborũ cetus aptius z euidẽ⁹ p insignia ptium consignetur qõ z ipe pphe ta puidit in spiritu cum in. lxxiij. pñ. ait. Posuerunt signa sua signa: z nõ cognouerũt sic̃ in exitu sup summũ quod esse põt aliud thema. Et idẽ ẽ q dicere. Cũ for. ar. cu. a. su. i p. s. o. q̃ possidet: sic̃ ex iam dicti atq; dicẽdis clarescere põt. Per pdicta igit scda religiositas cõsignationis ẽ dicta, p quã fideliũ aie amotis z rasis insignijs impiarũ diuisionũ saluant: z iesu noie cõsignant. Ad qõ pficiendũ iuxta sensum dñi nostri iesu christi p tres conclusiones verbũ pphetic̃ declarat. Prima conclusio est q pcialitatũ insignia sunt manifeste idolatrie signa. Et de hoc pñ. ait. Posuerũt signa sua signa. Scda pclusio ẽ: q hr̃e pcialiũ signa ẽ cõtinue z ipenitent ad iferos pperare. Et õ hoc tãgit pñ. d. Et nõ cognouerũt sic̃ i exitu. Tertia pclusio ẽ q tenere insignia ptiũ: ẽ cõtinue aias secũ ad eternũ interitũ trahere. Jõ subdit pñ. sup summũ. Propt̃ hec tria ter clamat aquila volãs z dicit Apoc. viij. Ve veve hitãtib⁹ i tra. s. ptiali. Et põt eẽ etiã aliõ thẽa.

Articul⁹ prim⁹ q tenere insignia ptiũ distinctiua sunt manifeste idolatrie signa.

Prima pclusio ẽ: q pcialite tum insignia sũt manifeste idolatrie signa

Ad cui⁹ itelligentiã psiderãda sunt tria signa q̃ oñ dunt p illa pcialitat insignia. Primũ est imitatiõis. scõm adoratiõis. tertiũ vo vindicationis.

Q malicia demonũ antiqua idolatria in pcialitatũ insignijs renouatur. Ca. j.

Primũ aũt signuz p h̃ insignia demonstratũ ẽ signũ idolatrie imitationis. De pma idolatrie adinuẽtione. Sapiẽ. xiiij. scp. ẽ. Idoluz maledictũ ẽ ipm z qui fecit illud. Siliter sunt deo odio impi⁹ z impietas ei⁹. Acerbo em̃ luctu dolens pater cito sibi rapti filij fecit imaginẽ: z illã q tũc quasi hõ mortu⁹ fuerat: nũc tanq̃ deuz colere cepit z instituit. Inde orta sunt inter seruos sacra z sacrificia. Deinde inteueniente tpe z pualescẽte iniqua psuetudine hic error tanq̃ lex custodit z tyrannorum impio colunt figmẽta hos quos in palã homines honorare nõ poterãt: ppter h̃ q lõge eẽnt elonginq̃ figura eorũz allata euidentem imaginẽ regis quẽ honorare volebãt z fecerũt vt illũ q aberat tanq̃ pñtẽ colerẽt sua solli citudine z mlta mirabilia ibidẽ circa h̃. Et de his pleni⁹ supra fm̃oe. x. dicta sunt. Hec aũt idolatria postq̃ cepit ita incremẽtuz sumpsit tm̃ q p orbẽ terrarũ diffusa ẽ vsq; ad xp̃m. q nunq̃ potuit deleri etiã in solo pr̃o iudeorũ. Et postq̃ euãgeliũ xp̃i p vniuersũ orbẽ apl̃orũ pdicatõe diffusũ ẽ i vniũso orbe: error idolatrie expulsus z exclusus manifeste apparet intm̃ q nũc licet multa hoim genera aberrẽt i cultu vni⁹ dei: tñ q̃i nulla gẽs repit in orbe q̃ nũc pprie idolatriã imitet: qõ ab initio legis vsq; ad xp̃m nusq; legit eẽ fct̃m. Predicantib⁹ igit apl̃is z discipl̃is scissimũ nomen iesu xp̃i ex idolis demonia fugiebãt: in puluerẽ redigebant simulacra: p scõz martyria ois abolebat idolatrie pestifer cult⁹. Sz eadẽ iuidia q̃ i troiuit moz in orbẽ trarũ frigescente fide in cordib⁹ xp̃ianoz eadez idolatria: p occultiozi mõ int eos maxie in italia reuocata ẽ q̃i in despectũ xp̃i z ecclie sue: vt vbi regnabat roma nũ impiũ z pncipaliz mũdi idolatrie fauorz ibidem orante xp̃o facta ẽ nõ deficiens sedes petri: vbi opãte diabolo reuiuiscat idolatrie cultus: quod quidẽ fit in ptialium insignijs. Jõ apostolus ait in spiritu puidẽs in mysterium rhomanis scribens qui sunt in italia et italie caput et Petri sedes. Rhoma. j. c. ait. õ tempe innouate idolatrie quod nũc est. Luz

UVA. BHSC. IyR_032

cognouissent deū nō sic deū glorificauerunt aut gras egerūt sed euanuerūt in cogitatiōibus suis: z obscuratū est insipiēs cor eorum: dicētes eñ se eē sapientes stulti facti sunt: et mutauerūt. i. mutabunt gloriā immutabilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hois z volucrū z quadrupedū z serpentiū. Preterea sequit. Hec aūt q̄tū ad hraz q sint vā ipa expientia manifestat. Nam p insignijs distinguentibus inter ptes quidē habent hominē ptis sue caput quē plusq̄ deū imitant z colūt z se p illo quod nequaq̄ p xpō agerēt prompti ssime morti tradunt: z tali caput nō eq̄dez homo est sed similitudo imaginis corruptibilis hois. i. diabol⁹ incarnat⁹. Volucres etiā quidam p insignijs habēt vt aquillas diuersi colozis: siue alias aues diuersas distinguentes ptes quas vt idola nutriunt viuas. Quidā vo imagines quadrupedū p insignijs z idolis suis portant. Ibi habēt leonē natiui colori ille album. iste rubeum: hic vo pardū: z sic o alijs. Alij serpentes colūt nō tñ q nobilium z cōitatū inq̄tū nō distinguūt ptes arma vel i signia damnē: quia taliter insignia vel arma ferentes pūt nō peccare si ordinata charitate ament illa. Sed magna pars taliuz vertit in abusum: ppter quod vel fiunt vel reputant parciales. Sic exēpli cā. Aquila inquātū dignitatē notat imp̄alē: gebellina nequaq̄ est z tñ in italia p gebellina reputat. Propter q̄dam in gebellina pte cordialiter affectati vel vt ver⁹ dicā infernaliter z bestialiter insaniti sup arma expansam aquilā portāt. Sec⁹ autē si in terra sua arma vel iunctā cū eis gestant: quia priuilegiū imperij esse solet. Insup insani quidam ecclesiā autumant esse guelphā z sīliter reges francoꝝ. Et sicut expientia docet guelphi cōtra ecclām z gebellini p̄tra imperiū si necesse fuerit septies in die p cōmodo ppio aduersant. Haz teste ap̄lo Phil. ij. Omnes tales querūt que sua sunt: nō q̄ iesu xp̄i: imo q̄d nō solū demēcie ē: sed risu dignū aliquē scīn faciūt guelphū z aliū gebellinum Sz etiā q execrabile z horrendū ē etiā audire dñm deū maiestatī regē glie z eīne pad p̄sti tuūt p̄cialē: q̄si cū nequiuerit sathanas p demones p̄trialiter regnare in celis q̄a michaele expulsus ē conet p diabolicas p̄ciales reacq̄rere celeste regnū. Sed mērita est iniq̄tas sibi: q̄ vtriq̄ eternaliter dānabunt. Addūt etiam quidā stulti alias insanias risu dignas inter arbores: inter rosas albas z rubeas: interciatos i ptinōe olei: piri: p̄sici z p̄silū fructū Et ne multis imorer: tales tenētes se eē sapientes p̄siles dementias innumerabiles habent Excedit tñ illoꝝ sapientia z eoꝝ defectum oīno supplet; quia tales p̄ciales distinctiones in pane in vino in carnib⁹: in caseo z consimilibus: nequaq̄ ponūt: quod quidē optabile esset ne talibus vterent. Ecce demonū cultus in renouata idolatria imutatus.

Q̄ tenere insignia p̄tiū distinctiua est corde et ope diabolum adorare. Ca. ij.

Ecūdū aūt signū p hec insignia demonstratū est signū idolatrie adorationis. Unde de hoc Sapiē. xv scp̄. c. Sz z animalia miserrimi colunt z adorant. Scōm eñ ethymologiā adorare ē toto corde adherere. Nā tūc adoram⁹ deū cū toto corde adherem⁹ deo. Adorat vt q̄ idolum cū totū cor idolo aplicat. Nemo q̄dē amplius vo corde adheret q̄z qui p eo libenter corpalem mortez sustinet: teste dño q̄ Job. xv. c. ait. Maiorē hac dilectionē nemo habet q̄z vt aiam suā ponat q̄s p amicis suis Q̄d z sancti martyres ardētissime p dño impleuerūt. Sz heu heu z iterū dico heu: q̄ i tñ corō hercī p̄ciales insignijs suis: imo demonibus qui sunt in eis q xp̄iani labijs tñ: sed facto idolatre pessimi: q̄ minimā alapā p xpō audacissime z promptissime mortē sumāt p insignijs z nomine p̄tis vt demonib⁹ q̄ in talibus insignijs regnāt z exterminatori qui caputaneus ē corū: vere dicere possit illud p̄s. q̄d martyres xp̄i solebāt dicere deo. Propter te mortificamur tota die: estimati sum⁹ sic oues occisiōis. Et ecce maior adoratio q̄ possit fieri deo vl adū sarijs ei⁹. Prefea libamia z sacrificia q̄ hmōi insignijs z habitū victorijs fiūt: sicut balneare vino in simulacrī oza leonum z p̄silia stulta. Q̄z aūt hēc talia isignia ē diabolū adorare corde ore z ope: signū p exēplū p̄z Anul⁹ in mulieris manu signū oñdit q promissaz fidē vult tenere marito corde ore z ope Signū milicie idē velle agere p p̄ria sua hominē iudicat. Signū quoq̄ theologie oñdit etiā theologū corde ore z ope velle defensare fidem. Sic etiā p̄cialitatis insignia signū manifestū sunt q corde ore z opē ab hoie diabolus adoretur. Ibinc merito contra tales p̄s. ait. Confundantur oēs qui adorant sculptilia z qui gloriant in simulacris suis.

Q̄ modernis tempibus vindicant demones se de expulsionibus eorum olim ex idolis fa-

UVA. BHSC. IyR_032

ctis in insignijs pcialium idolatriam renouantes.Ca.iij.

Tertiũ quoq; signuz p hec insignia demonstratũ est signum diabolice vindicationis. Vindictã vtiq; sumunt demones aduersum xpm t sequaces eius ex truffis t cõtumelioſis iniurijs quas in primitiua ecclesia in eozũ expulsionibus t idolozũ confractionibus suscepe-runt. Quod futurũ puidens dñs in euangelio hodierno cũ pmisisset omne regnuz in semetipsum diuisum desolabit.ꝛc. Demũ subdit. Cum imũdus spũs exierit ab hoie.id est a simulacro t idolo hois: ambulat p loca ina quosa.i.p paganozũ cozda querẽs requiem t nõ inueniens.dicit. Reuertar in domũ meam vnde exiui.i.in insignia t simulacra ex q̃bus fui expulsus. Et cũ venerit inuenit scoꝫ mundatã: quia ablata videt ex insignijs spurcitia idolozum t ornatã cõsuetudinario et afflictionatu cultu: t vadit p odiosum affectuz t assumit secũ ad ois mali cõplemẽtũ septem alios spũs.i.vniuersam malicĩã demonũ nequiozes.i.occultiozes t crudeliozes se: t ingressi p consuetudinẽ habitant ibi p crimino sam ignozantiã t maliciã t sunt nouissima illius hominis.i.simulacri diaboli exterminatozis peioza priozib⁹. Q; aũt hõ p demõe appellet de diabolo supseminãte zizania Mat. xiij.c.scriptũ est. Inimic⁹ homo hoc fecit Q; etiam in talib⁹ insignijs habitẽt demões multis priozib⁹ peiozes indicat dñs qui Matth. vij.ait. A fructib⁹ eozũ cognoscetis eos. Qui aũt sint hi fructus t q̃to ipsis martyrijs primitiue ecclie seuiozes finit tetigi in pcedenti sermõe: etiam ipa expientia nostris tempib⁹ lombardie habita manifestat. Nõdũ em̃ legi q; martyrũ tpe ipsozum martyrũ carnes crudas t coctas quiq; tozozes sicut lupivozarẽt sic̃ p pciales in lombardia nostris tempibus nouim⁹ esse factum. t multa consimilia q̃ causa breuitatis omitto. Ex his trib⁹ signis patere põt qõ in ꝓallegato ps̃.ꝓpha intẽdat d. Posuerũt signa sua signa.s.hui⁹ triplicis significati. vicz idolatrie inuitatiõis: diabolice adozationis: t demoniace vindicationis. vl q.d. Posuerũt ipi parciales signa sua nõ delicet ibi q̃q; ponãt signũ crucis: quod cũ factum fuerit si p eam distinguunt ptes ñ crux xpi sed diaboli: etem̃ sinistri latronis iudicanda est. Nec in sup dicat signũ in singulari.ꝫ in plurali ait. Posuerunt signa sua signa: quia multiplicibus signis intẽti sunt parciales ad distinguendum ptes. Et hoc ẽ primũ Ve qõ aquila volans ait.

Articulus secundus q; tenere partialium insignia est continue ipenitẽter ad inferos properare

Secunda cõclusio est q; tenere pcialitatũ insignia: est continue impenitenter ad inferos propare. Et ꝫ hac ps̃.subdit. Et nõ cognouerũt sicut in exitu. Quid em̃ ẽ t nõ cognouerunt nisi q; de ꝫ in vita ceci fuerũt. Et iõ ad iferos impenitẽter ꝓtinue cucurrerũt: nõ coguerũt inq;.s.in vita: sic̃ in exitu.i.in morte supple cognoscunt vl cogscẽt. Nec imerito q; in vita verũt ceci. Sz in morte apiunt eis oculi t mala q̃ ex pcialitatib⁹ t talib⁹ signis fecerũt cũ penitere nõ põt: tũc intelligũt t cogscũt. sic̃ in talib⁹ cõnũerat dñs Deut.xxx.d. occurrẽt vobis mala in extremo tpe. Et tũc q̃dẽ territ⁹ p expientiã talis dicet. Dozrẽtes iniq;tati cõturbauert me. Nec ꝫ excusãt p ignozãtiã: q; talis ignozãtia ẽ supina: t crassa t affectata. Propterea de hoc ꝓpha ait. Noluit itelligere vt bñ ageret. Et Sapien.iij.rõ hui⁹ execrationis apti⁹ declarat. Excecauit eos malicia eozum Impenitẽtiã ãt eoz Joh.apoc.ix. clare dñs ostrat.d. Neq; pniam egert de opib⁹ manuuz suaz vt ñ adozẽt demonia t simulac aurea et argẽtea t erea t lignea t lapidea q̃ neq; videre põt neq; audire neq; ambulare. t ñ egerũt pniaz ab homicidijs suis neq; a veneficijs suis neq; a fornicatiõe sua neq; a furtis suis. In oib⁹ oñdit tria genera hoim ipenitẽtiũ ex his pcialitatib⁹ signis ek̃nalit dãnãdozũ: q̃z ꝑmi sũt opatozes. scdi adõatozes. ktijo imitatões

Cõtra artifices q̃cũq; isignia ptialiũ ipenitẽter sculpẽtes pingẽtes vel aliter opantes. Ca.j.

Primi impenitẽtes sunt opatozes p hoc est qui pungunt t sculpunt et alio modo faciunt talia signa sicut sunt pictozes: aurifices ex ligno vl ex lapide vel ere vel alio mõ sculpentes q̃ cuz omniũ malozũ que ex talibus signis sequuntur occasionem prestent de oñibus culpabiles fiunt: sicut patet extra de iniurl.t dam. da.c.si culpa.vbi scriptũ est. Qui occasionez damni dat t efficacẽ damnũ dedisse videtur. Considerẽt quoq; qui hec opant: que t quot mala inde sequant̃ t in omnib⁹ illis septici-

UVA. BHSC. IyR_032

pes cognoscant. Sed quia rari hoc aiaduertunt vel credunt: ideo nunq̄ de his penitent Et ꝓpterea Job. de talibus ait. Neq̄ p penitentiam egerunt de opibus manuū suarum que sc̄z sunt talia insignia. Et licz vere possint dici opa manuuz suarum: attamē altiori sensu verioriq̄ si licet dici intelligenda opa manuum suarum nō dei apellari possuut. Maz sicut bona opa nō nostra sed dei sunt q̄ opaē in nobis velle z pficere ꝑ bona voluntate vt dicit apostolus ℔hil. ij. c. Sic z mala opa sic̄ sunt talia insignia vtiq̄ hominū opa dici debent: quia talia diabolus per eos nunq̄ efficere posset nisi eis tales voluntarie consentirent.

Contra nouos idolatras impenitenter diabolum in isignijs partium adorantes. Ca. ij.

Ecūdi ipenitentes sunt adorātes qui in talibus insignijs tanq̄ i idolis malignos spūs colūt. Et de hoc dicit vt nō adorent demonia: sicut ex p̄cedentibus patet. simulacra aurea argētea: erea: lignea z lapidea que oīa ad litteram a pictorib⁹ z sculptorib⁹ z ꝑsimilib⁹ operarijs fiunt que tunc adorant talia cū ab ipia mente plusq̄ de⁹ amant z venerant. Signū aūt hui⁹ adorationis manifestū ē. Nam si p̄cuteretur imago xp̄i vel beate v̄ginis vel alterius sancti de hoc satis negligens aut nulla inquisitio fieret. Si autē p̄cuterētur hmōi idola demonū hoc ē insignia ptiū ciuium vel dominorum: tanta diligens offendentis perscrutatio fiēt p dirupta mōtiū z p̄caua cōualliū p flumina z maria ciuitates z castra vsq̄ dum capt⁹ z cruciat⁹ mortī irreuocabilit̄ traderet. Et q̄ tales hec insignia colentes eis similes fiūt. Jō subdit que neq̄ videre p̄nt ab effectu: q̄ talīū adoratores fiūt ceci nō habētes scientiā v̄itatis: sic̄ ps̄. ait. oculos. s. simulachre hūt z nō videbunt: neq̄ audire q̄ surdi fiunt p inobedientiā: sic̄ ꝑ ꝓpha ait. Aures hūt z nō audient: neq̄ ābulare ꝑ nt: nec dic̄ q̄ sint claudi: sed q̄ nō possunt ambulare q̄si exprimere velit. q̄ fiuut imobiles p boni opis ieffi caciam. ꝓpter q̄ ꝓpheta ait. Fient imobiles q̄si lapis. Vñ ap̄s Rhoma. j. cū p̄us dixisset Et mutauerūt gloriā incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis z volucrū z quadrupedū z serpentiū. Post i eodez ca. ait. ℔propter q̄ tradidit illos deus in reꝓbū sensum vt faciant ea que nō cōueniunt repletos oīni iniquitate: malicia: fornicatione: auaricia: plenos inuidia: homicidijs: ꝓtentione dolo: malignitate: susurrones: detractores: deo odibiles: cōtumeliosos: superbos: elatos: inuētores malorū: pentib⁹ non obedientes: insipientes incōpositos sine affectione absq̄ federe sine misericordia. Qui cū iusticiam dei cognouissent nō intellexerūt: q̄m q̄ talia incōtēptibilia adorant: z hec enumerata agūt digni sunt morte. z nō solū qui faciūt ea sed q̄ cōsentiunt facientibus.

Contra impenitenter pcialib⁹ capitibus ptiū adherētes. Ca. ij

Ertij ꝙo impenitētes sunt imitatores q̄ pcialib⁹ p̄ncipaliorib⁹ adherent: sic̄ iam dicet. Et de his Job. subdit. Et nō egerūt penitentiam ab homicidijs suis q̄ p alijs ad īraz patrauerunt: neq̄ a veneficijs. s. q̄b⁹ domos suas impleuerūt impie. Mā q̄s hoz pctōz tēpestiuo tpe noluit penitere diuino iudicio tāto āpli⁹ iduranť q̄to diuti⁹ in eisdē voluptatib⁹ delectanť. Et hoz oīm p̄s. ponit rōnē. Quia ñ cognouerūt b̄ in vita sic̄ in exitu mortis vtiq̄ cōprehēdēt. Ecce scōm Ile q̄ aqla volās clamat habitātib⁹ in pciali terra.

Articul⁹ tertius de multitudie eorū qui dānantur ex pcialitatum insignijs.

Ertia ꝓclusio ē q̄ tenere isignia p̄tium ē ꝓtinue alias secū ad eternū interitū trahē. Et de h̄ subdit a pū. super sūmū. Q̄d pōt exponi ſm triplicē itellectū. Un⁹ ē īralis. scōs morał. tertius est spūalis.

De triplici malo q̄d sequitur ex aspectu insignioꝝ distinguētium inter ptes. Ca. j.

Rim⁹ ē īralis sup sūmū ad īraz. q̄ i sūmis palacijs z turrib⁹ z portarū menijs ciuitatū z castroꝝ atq̄ villarū ponunť: vt a plib⁹ videriť z ꝓspici possint vñ tria mala inde solēt trahi. ℔primū q̄ talia ꝓspicientes isignia nō itelligētes quid ꝑsignēt sic̄ ignorare solēt cōit pueri vl forēses ex auditu vl interrogatiōe hmōi discūt z cōit mēte iclinanť. vni⁹ aut alteri⁹ pl amore ex visis signis. Vñ sic̄ imagies xp̄i z scōz ei⁹ ab eccl̄ia introducte sūt ad anime excitationem: quia p eas itellect⁹ excitať ad taliū repūtatoꝝ cōsideratiōnē affect⁹ ad eoz deuotionē z memoria

UVA. BHSC. IyR_032

ad eorum recordationem. Sic diabol⁹ adinuenit hec idola noua vt nescientiū intellectus excitent ad ptes: affectus applicent ad illas: ⁊ memorie ita reuocabiliter adhereant illis: corde quoq; p affectionem: ore p collocutionem: ⁊ ope p malorū patrationem: semp in parcialibus pseuerēt. Jn cui⁹ mysteriū Exo. xxxij. Cum aaron conflasset populo aureum vitulū ⁊ altare fecisset dixerunt israelite. Jsti sunt dij tui israel. Et sic ꝑm apostolus. j. Cor xv. Corrūpunt bonos mores colloquia prava. Ad hoc etiam. vj. q. j. c. ex merito. ¶Vbi dicit deteriores sunt qui vitā moresq; bonorum corrumpūt his qui substantias aliorum prediaq; diripiunt. Ecce iam datum scandalum ignorantib⁹: ex quo fit q pueri vix egressi de cunabulis in terri vbi talia signa vigēt iam corde: ore: ⁊ ope afficiunt ad ptes. Secūdum malū qđ inde sequit est: q si quis videt insignia ptis cōtinue habituat sibi partē: habitūq; fomentat ⁊ nutrit ⁊ induratus nunq; deleri vel saltem difficilime possit: Ad quos Jhiere. xiij. ait. Si mutare potest ethyops⁹ pellem suam aut pardus varietates suas: ⁊ vos poteritis bene facere cū didiceritis malum. Tertiū malum quod sequit inde ē q aspiciētes talia signa sibi aduersa: intrinseco odio ⁊ q̄q; despecto verbo ⁊ facto pcialitatū ignes fouent ⁊ nutriunt. Vnde ad superbum hoiez vel populū qui hec insignia nutrit p Jhiere. lj. c. ait dñs. Ecce ego ad te mons pestifer q̄ corrumpis vniuersam terram. s. tuis pcialitatibus signis. Et digne superbia taliū signorum mons pestifer nuncupat. Nam sicut longa experientia didici ciuitas vl patria nulla ē in q̄ busilla pcialia insignia regnēt: q̄n ibi crudelior modo pestilentia vigeat: imo si q̄q; videatur extincta leui causa ⁊ auxilio insigniorum diabolo insufflante ⁊ dño ꝑmittēte subito reuiuiscunt: ⁊ econtra vbi talia signa nō parēt.

De inflata superbia eorū qui in altioribus locis ponunt quasi vexilla demonum parcialia signa. Ca. ij.

Secundus ē moralis. Sūmū ē superbia pcialis: sup q̄m ponūt insignia quasi vexilla demonū. Nec mirū. Nam ꝑpheta ad dñm ait. Superbia eorū qui te oderunt ascendit sp: quia si solū sunt signa superbie. sed ꝑm vulgare nr̄m sunt signa archi superbia. Sic sūt q̄dā q̄ si solū se vocant guelphos. sed etiā archiguelphos. i. vltra quā valeat dici guelphos. Et hoc est dicere sup summū. videlicet q talia insignia sunt superbie spuma: licet quidā in eis glorient quasi in regali corona. Ad quos loquitur Esa. xxviij. c. d. Cōculcabit corona superbie filiorum effraim: ⁊ erit flos decidens glorie exultationis eius qui est sup verticē vallis pinguium.

De superba et abusiua insania et temeritate eorum que etiā super quecūq; diuina insignia partium ponere non verentur. Ca. tertium.

Tertius quoq; intellectus est spūal
t Summ⁹ quidē est dñs de⁹ noster ꝺ q̄ ps̄. ait. Quis sicut dñs de⁹ noster qui in altis habitat ⁊ humilia respicit in celo ⁊ in terra. Sup hunc summus est dementia indiabolata. Sup hunc inq; sūmum in ecclesijs ⁊ calicib⁹: in paramētis i altaribus in palatijs ⁊ cōsimilib⁹ locis constituunt hec diabolica signa quasi pciales diabolo audaciam p̄stiterunt q presumat ascendere supra deū qui ante ruinā suā cōtētus erat esse equalis deo. Vnde Esa. xiiij. c. sathanas ait. Jn celum sup alta celi. i. sup angelos exaltabo solium meū: sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis: ascendaz sup altitudinem nubium similis ero altissimo. ¶Parcialles aūt p sathana ampli⁹ q̄ ipsemet opari conant quia arma diaboli ⁊ ip̄m diabolum constituunt sup summū. Sed audi quid in Esa. imediate sequit. Verūtū ad infernū traheri i profundum loci: tu. s. cuz pcialibus tuis. Ex his que dicta sunt satis patere potest q hec talia parcialitatū insignia tenere: vere sint manifesta idolatrie signa: quia posuerunt signa sua signa. Qđq; hoc sit cōtinue impenitenter ad inferos ꝓperare. Quia nō cognouerunt sicut cognoscent in exitu. Sicut etiā continue secum animas ꝓpter corruptiuū exemplum ad eternum interitū trahere quia sup summū. Qua ꝓpter videte dilectissimi ffres videte periculum: considerate pctm̄: pensate ⁊ videte diuinū iudicium: ⁊ oīno amouete vndiq; hoc scandaluz. Radant hec diabolica signa de muris de sepulcris de ecclesijs de domib⁹ ⁊ de portis: sicut Deut. xij. c. scrip. ē. Jdola cōminute vt postq; verificatū est in malū qđ dñs ait. Cum fortis armatus custodit atriuz suum. Jn pace sunt oīa que possidet: sic verificet in bonum quod statim subdit. Si aūt fortior illo sicut ipe est dñs noster ieſus xp̄us

UVA. BHSC. IyR_032

ꝛ nomē eiꝰ ſupuenīēs vicerit eū vniuerſa arma eius.id ē.omnia inſignia ſupradicta auferet in quibus confidebat.ſ.poſſe regnare ꝓ illa impcialiuꝫ aiabus :ꝛ ſpolia eius.i.aias iā pcialitates ſectantes deſtruet.ſ.varijs cōfeſſoꝛibus qui de p̄teritis illos abſoluant ꝛ ō futuris illos admoneant.Sēpq; ſonet in auribus xp̄ianoꝛū voꝛ illa terribilis volantis acꝫle ꝑ medium celū ac dicentis.Ve ve habitantibus in terra.ſ.vbi ſunt talia ſigna.Ve ſubſtantijs.Ve pſonis.Ve animabus eternaliter cruciādis.A quibus ve nos liberet ō ſtructoꝛ malorum ꝛ moꝛtis triūphatoꝛ dominus noſter ieſus xp̄s qui viuit ꝛ regnat in ſecula ſeculoꝛum Amen.

Feria ſecunda poſt tertiam domicicaꝫ in quadrageſima ponūtur duodecim occaſiones ſeu impedimenta quare homo non credit.Sermo.xxvij.

Tanta audiui

q

mus facta in capharnaū:fac ꝛ hic in patria tua.Ait autē. Amē dico vobis: nemo pꝛopheta acceptꝰ ē in patria ſua Luč.xl.Pꝛona quidē eſt humana natura ad lapſum :quoq; obſtaculo impeditur ne ad ſalutaria dirigaſ:ꝛ maxime in his que ſunt magis neceſſaria ad ſalutem:ſicut ſunt opera fidei oꝛthodoxe.Ecce compatriote dñi nr̄i ieſu chriſti qui ei plus ceteris credere tenebantur ex infidelitate ꝛ animo contradicēdi ꝛ detrahendi ꝛ cōtemnēdi dicunt ei.Quanta audiuimꝰ facta.ſ. a te in capharnaū:fac ꝛ h̄ in pꝛia tua: quaſi dicere velint:niſi aliqua magna mirabilia feceris:fama tua videt falſa:ꝛ ideo non tibi credemus.Ad l̄fam eīm multa miracula in capharnaum opatus eſt.Mā ibi liberauit demoniacū:curauit centurionis ſeruuꝫ.Mat. viij.Sanauit reguli filiū Jo.iij.ꝛ petri ſocrū Lu.iij.De oꝛe piſcꝭ ſoluit denariū ꝛ mꝛcos opꝓſſos a varijs languoꝛibꝰ curauit ꝛ liberauit Ait aūt.Amen dico vobis q; nemo pꝛo.ac.ē in pa.ſua.Nam ꝛ Joſeph Geñ.xxxvij.a fratribus veuūdaſ in egypto: ꝛ ab egyptijs honoꝛaſ.Geñ.xlj.Moyſes quoq; a maria ꝛ aaron contumeliam patitur.Nume.xij.atq;.j. Regl.xxv.de dauid ō ſpectiue ē dictū.Quis eſt dauid ꝛ quis eſt filius yſay? Sz qūo verū eſt verbū chriſti cū Moyſes ꝛ Eſaias fuerint in magno honoꝛe ꝛ culmine apud ſuos.Et ſimiliter multi alij ſancti vt btūs franciſcꝰ apō aſſiſtū:ꝛ magnus Anthonius in egypto:atq; ſanctus hylarion in paleſtina.Ad qō dicēdum q; verbū xp̄i vt frequentius intelligēdū eſt ꝛ forte in p̄ncipio qñ ſancti ꝛ pꝛophete ſurgunt ꝓtemptibiles reputenť:ꝛ maxime ſi in pꝛincipio fuerunt de ſimplici ſtatu vel gente Eſt tñ aduertendū q; nomine patrie hic potius intelligiť domus ꝛ familia cū qua eſt homo familiariter nutritus ꝛ cōuerſatus:lz etiā ſepiꝰ de pꝛia verificeť ſentētia xp̄i.Ex his pz q; multis ſanctis ꝓphetis quibꝰ edidit deꝰ ſacra myſteria ꝛ eloquia ſua:imo ipſi filio dei ieſu chriſto in patria ſua multi nō crediderunt nec etiā nunc multi credere volunt:cum ipſe ſit via v̄itas ꝛ vita atq; admiranť infideles. Interroget.d.Joh.viij.c.Si veritatem dico vobis quare nō creditis mihi.Nō etiam poteſt eſſe thema in materia ſequenti.ſi ꝑ dominica de paſſione hoc dicere neceſſitas poſtularet.Quid igiť miruꝫ ſi ea que de p̄cialitate tractata ſunt in p̄terita dieꝫ multa conſimilia que quotidie leguntť ꝛ predicanť quidā mini me credunt.Si quis aūt mireť ꝛ querat quare ꝛ ex quibꝰ cauſis talis infidelitas in hominibus pſeueret:poſſumus reſpōdere q; multe ſunt cauſe.Et vt fructuoſioꝫ ſit ſermo noſter ꝑ ordinē diſtinguamꝰ .xij.cās ſeu impedimenta quare homines fiūt heretici vel aliť infideles : atq; nō credūt his que v̄e fidei ſūt ſicut ſacris ſcripturis.ſancti doctrinis:eccleſiaſticis ſacramētis:articulis fidei:eccl̄ie inſtitutis:diuinis preceptis:ꝛ ceteris que de neceſſitate ſalutis quilibet credere obligať. Et i hoc demonſtrať tertia religioſitas que remotōis religioſitas nūcupať.Per quā impedimenta ꝛ cauſe quare aliq; nō credunt a quolibet deſideroſo ſalutis cognoſci poterūt vt toto conamine euitenť.Diſtinguamus aūt in tres quaternarios has.xij.infidelitates cauſas ſiue fidei impedimēta.

Articulus primꝰ in quo ponētur quattuoꝫ pꝛime cauſe ſeu impedimenta quare homo nō credit que ſūt de neceſſitate ſalutis

p

Primo ponunť q̄ttuoꝫ p̄me cauſe ſeu impedimēta quare homo nō credit ea q̄ ſūt neēria ad ſalutē.Pꝛima cauſa ē ignoꝛātia.ſecūda ſubtilitas.tertia diſtantia.q̄rta malicia.

Cauſa pꝛima quare homo nō credit eſt ignoꝛātia q; qua ſit mē

m

sura intelligentie et capacitatis humane. Ca.j.

Prima quidem causa sue impedimentũ ẽ ignorãtia mẽsure ⁊ capacitatis intellect⁹ humani. Qui em̃ intellectũ suũ oĩa cape existimat credit ex necessitate nõ esse quicq̃d i intellectu suo nõ venerit. Quẽadmodũ si quis crederet infra circulum vel celũ lune esse oĩa necesse hꝫ credere nõ esse quicq̃d intra ipsum nõ inueniret: Sic etiã qui credũt nõ posse eẽ scientiã de magnitudine solis ⁊ lune ⁊ stellaꝝ ⁊ similiũ: qz ipsi nõ habẽt illã. Hec igit causa ẽ ꝓpter quã quicquid intellect⁹ eoꝝ nõ capit nõ esse credunt. Tu ergo diligenter aduerte ⁊ crede intellectũ humanũ mensuratum ⁊ limitatũ in sua capacitate a deo creatore suo q̃ posuit ei terminos quos transire nõ potest: tribuens ei que et quot ⁊ cꝫta capacitate sua capiat naturali: multa sibi reseruans secreta reuelanda: cui ⁊ qñ sue placuerit voluntati. Ad quod igit hoꝝ ignorantiã cõfundendã: Eccs.xj.ait. Sño ignoras que sit via spirit⁹ ⁊ qua ratione cõpingant ossa in ventre pregnantis: sic nescis opa dei q̃ fabricator ẽ oĩm. Quia ergo intellectus human⁹ in hmõi reb⁹ tãꝫ cecus ⁊ oĩno inscius ẽ: ⁊ qui eo duce in his ambulare cõtendunt. cecũ sibi ducẽ statuerunt. ꝓpterea nõ est mirũ si in errorꝝ ꝓfunda ꝓcipitia ruunt. Similiter qui ipsuꝝ cõsuluit de his rebus dño reseruatis cum horum oĩno inscius sit insipientissime in periculosissimis reb⁹ cõsiliariũ inde habẽt ⁊ ducẽ. Merito ergo pniciose errant ⁊ picula eorum errorũ nõ euadunt. Sicut dñs Matth. xv. c. ait. Cecus. ſ. intellectus si ceco ducatũ ꝓstet ambo in foueam cadunt.

Qz subtilitas credendorum in causa est: quare a turbidis oculis nõ videantur et nõ credãtur. Capitulũ.ij.

Secũda causa est subtilitas. ſ. credẽdorũ que turbido mẽtis oculo et grosso intellectui visibilia nõ apparent. Quẽadmodũ em̃ ẽ qñcꝫ aliquis visus adeo grossus ⁊ turbidus: vt eo pilus nequaq̃ possit videri: atq; est visus quo pilus ex pilo grossius videri faciliter valet. Sic ⁊ itellectibus hoim si lem dꝫam ⁊ compationẽ eẽ cõtingit. Nec etiã capit visus human⁹ qõ capit intuitus aquilin⁹. Quẽadmodũ igit homices grossi ⁊ turbi visus pilum nõ videtes vbi ẽ et cõtendũt ⁊ iurant ipm ibi nõ eẽ ꝓpter ei⁹ ſbtilitatẽ ⁊ gracilitatẽ ipm nõ videntes: ⁊ de ipso videntibus credere nolentes. Sic ea q̃ ex fide quã dixim⁹ credẽda sunt ꝓpter sui subtilitatẽ ⁊ turbidos intellect⁹ vulgariũ et indoctorũ hoim̃ capiẽs eẽ nõ esse ⁊ credit ⁊ contendit ⁊ qñcꝫ deierat. Cõtra q̃s Esa.vij.c.ait. Ni si crediderit is nõ pmanebis. Ad hoc agitur xxiij.q.j.c. nõ turbat vbi in fine dr Licz mẽs diuina nequeat humana plene rõnis inuestigatione cõprehendere: fidei tñ plenitudo cõplectit: quia. ſ. illa supplet qõ humana rõ non comphendit.

Impericia et inexercitatio in credendis in causa est quare multi non credunt. Ca.iij.

Tertia cã ẽ distãtia. i. longinquitas mentis ab ipis credẽdis reb⁹. Hec aũt longinquitas impicia ẽ ⁊ inexercitatio in eisdem. Nã sicut etiam Aristo. attestat. Imperiti veluti longe distãtes speculant. Qui em̃ in sensibilib⁹ versant aut in alijs q̃ longe sunt a credendis assidue cõmorant: longe vtiq; sunt ab illis. ꝓptea illa videre nequaq̃ possunt: quia nec studio nec exercitatione ad illa ꝓximant vel ꝓpinquant eis. Sed sicut cecus ẽ corpe qui solem illum corporeũ atq; visibilẽ videre nõ potest Sic cecus ẽ corde qui intelligibilẽ solẽ corde videre nõ ꝑualet. Ceci ergo int⁹ in corde sunt cꝫtũ ad spũalia: oĉs hmõi erronei ⁊ infideles quare nõ aliter de spũalib⁹ disputant vel loquunt cꝫ de visibilib⁹ coloribus ceci: q̃ ꝓpter oĩs assertio ⁊ cõtradictio eorũ de spũalibus bonis: assertio ⁊ cõtradictio est cecoꝝ de varietate colorũ. ꝓptea ⁊ Berñ. super cañ. ait Sño lux incassum circũfundit oculos clausos vel cecos: sic aia hõ nõ ꝓcipit ea que sunt spũs dei. Et iterũ Aug⁹. ait. Deus lux ẽ non corporũ sed mentiũ. Hãc aũt lucẽ qui nõ videt ẽ quasi cecus in sole. Ad hꝫ aũt Greg⁹. xxiij. q.j.c.qz. vbi dr. Nisi q̃s fidei soliditatẽ tenuerit diuinã pñtiã nõ cognoscit. Et in. iij. dialogo. tali infidelitati remediũ ꝓbens iterum ait Quisquis incredulitate inuisibiliũ solid⁹ nõ ẽ: debet ꝑculdubio maiorũ dictis fidẽ ꝓbere: eisq; p spm̃scm̃ inuisibiliũ experimentũ hꝫnt⁹ credere. Nã stult⁹ ẽ puer si mr̃em existimat dẽ luce mẽtiri: qz ipe nil aliũ q̃ tenebras carcer nouit.

Quare multi minime credunt vel credere valent: quia auertũt

UVA. BHSC. IyR_032

mētis oculos a credēdis Ca. iiij

q Quarta causa ē malicia: q̄ hō malicioſe auertit intellectū ab his que credēda ſūt. quēadmodū ei q̄ oculos auerſos habet ab eis que videnda ſunt: ⁊ cōuerſat ad alia nō videnda: videre nō pōt in iſta auerſione. Sic qui intellectū auerſum habet ab eis que credēda ſunt: ⁊ cōuerſum ad alia nō credenda credere nō pōt in iſta auerſione. Hi ſunt q̄ tanto amore ample ctunt fantaſias: errores atq; opiniōes ſuas ⁊ ſectas vt de contrarijs nedū audire vel etiam cogitare: velint tantoq; odio auerſi ſunt a contrarijs errorū ſuorū: vt ea nec reſpicere quodāmodo poſſint: ſed idem eſt cogitare q̄ corde ſine intellectu intueri atq; reſpicere. Et q̄ etiā amor ē p̄ūſio ad amatū: ⁊ odiū ē auerſio ab eo quod odit: ideo hac malicia auerſionis imbuti lumē ꝟitatis nequaq; ſuſcipe p̄nt quod ⁊ ipſe cōuerſiones ⁊ auerſiones corporales indicant ⁊ demōſtrant velut vmbre ⁊ ſimilitudines quedā interiorū ſcz ſpūaliū conuerſionum ⁊ auerſionū. Manifeſtū eſt igit̄ p̄pter quid hmōi hoīes ea que credēda ſūt credere ſeu videre nō p̄nt. Nō em̄ hominib⁹ datum eſt ſe videre poſt tergū: neq; videre ſine intuitu vl̄ aſpectu: vnde hi ſunt de quib⁹ p̄s. ait. Noluit intelligere vt bñ ageret. Nolūt tales audire vel credere dictis doctorū vl̄ ſcripture ſacre que oīa ſunt verba dei. O infelix malicia ⁊ cecitas p̄terua ⁊ inſenſata ceco ō via credit̄ baculo: ⁊ de p̄funditate fluuij baculo ⁊ de animarū ſalute non credit̄ xp̄o ⁊ do

Articulus ſecūdus cōtinēs alias q̄ttuor cauſas quare hō non credit que ſunt credenda.

a Oduntt alie quattuor cauſe ſeu impedimenta quare homo credēda non credit. Quaruq; prima eſt negligentia. ſecunda curioſitas. tertia culpa. quarta ſupbia.

Non credit homo quia negligit querere adiutorium ad cōſequendū fidem. Ca. j.

p Prima cā ē negligentia. ſ. q̄ tīēs negligunt diuinū adiutoriū ſeu q̄cūq; aliud q̄ diuine gr̄e viā oſtendat: ſic̄ ſcripture p̄dicatiōis doctrine: cōſilij. ⁊ p̄ſilium. Merito nēpe iuſtiſſimoq; iudicio dei adiutoriū p̄dit. qui illud negligit obtinere. Merito etiam lumē diuine gr̄e ad illuſtrandū cor illius ingredit̄ q̄ feneſtras eius ⁊ hoſtia ⁊ alios introitus negligit aperire Eſt em̄ talis negligentia quidam cōtemptus Cōtemptorib⁹ aūt nunq; de⁹ largit̄ ſpūalia ⁊ ſublima dona: cōtempnēs ſumme abijcit ea ⁊ ab eis ſe elongat. Propterea illa ſuſcipe nō mereť. Fides em̄ nō naturale ſed gratuitum donū eſt ⁊ ex electione bonitatis diuine: vt dicit̄ de p̄ſe. di. iiij. c. gr̄a. Nō ē libri arbitrij tm̄ ſed donū dei. Si em̄ fides naturalis eſſet: eadem eēt apud oēs ⁊ vbiq;. In eis que naturaliter fiunt in hominib⁹ nō inuenit̄ diuerſitas nec cōtrarietas. Quia igit̄ tanta eſt circa fidem diſſenſio tāta circa fidez contradictio: tanta demū ē ignorantia penē maiori hoim parte: quia nōdū venit ad largiſſimā barbarie occidentalē ⁊ aquilonarē cū caſu eſſe non poſſit. Manifeſtū eſt ip̄m eſſe ex diuine bonitatis electione ⁊ ip̄ſi⁹ dei gratuitū donū querentibus eum. Ideo ſolerter a deo petenda eſt fides: ſic̄ Matth. vij. ⁊ Luc. xj. ſcriptū eſt. Petite ⁊ dabitur vobis: ſicut faciebat ille qui Matth. ix. ad dñm ait. Credo dñe adiuua incredulitatem meā. Et ad Eph̄. ij. c. aplus ait Gr̄a ſaluati eſtis p̄ fidē ⁊ hoc nō ex vobis: dei em̄ donū eſt. Ideo etiā. c. v. dedit vobis ſenſum vt cognoſcatis deū vr̄m: ſicut em̄ ſol nō videt̄ niſi ex lumine ſuo: ſic ſol intelligētie deus nō videt̄ niſi in radio lucis ſue. Nō enim oīb⁹ candelis in toto mūdo accēſis ſol materialis videri poſſet. Sic nec oīes humane ſcientie deū oſtendere valēt: ſed ſolū fidei lumen a deo nobis infuſum. Sz ſi fideliť inq̄rat̄ de⁹ infundit fidē. Sic̄ Sapien. j. c. atteſtatur di. In ſimplicitate cordis querite illū q̄m inuenit̄ ab his q̄ nō tēptāt illū. Infundit̄ autem ſep⁹ mediāte auditu verbi dei: ſic̄ Rho. x. aplſ ait. Fides aūt eſt ex auditu: auditus aūt p̄ ꝟbū xp̄i. vñ Hiere. v. c. dñs ait. Querite ſi i ueniatis virū querētē fidē ⁊ ppitiū ero ei. Solicite ergo ⁊ deuote ⁊ vigilāter ac p̄ſeuerāt audiendū ē verbū dei: q̄ facile p̄ illud aīa radio ſam p̄ſequit̄ fidem.

Non credunt quidā: quia ſūt curioſi querētes de fide p̄bationen. Ca. ij.

s Secūda cauſa eſt curioſitas. ſ. inq̄ſitione p̄bationū. Ad intelligentiaz tñ horū diſtinguit Hugo de. ſ. vic. lib. j. c. xxiij. Q̄z circa credēda quedam ſunt ex rōne neceſſaria: quedā rōnē nō p̄bantia: q̄dā ſ rōnē vt mirabilia: q̄dā ſ rōnē

UVA. BHSC. IyR_032

vt incredibilia. Duo extrema fidē nō capiūt. Que eñ sunt ex rōne oñino nota sūt ⁊ credi nō pñt qñ sciunt: q aūt sūt ꝫ rōnē ⁊ s tñ mō fidē suscipiūt. Et in ꝓmo qdē genē fides adiuuat rōne: rō fide ꝓcipit qñ ꝑm rōnē sunt q̄ credunt: q̄rū vitatē ⁊ si rō nō cōprehēdit fidei tñ illoꝝ nō ꝫdicit. Jn his aūt q̄ s rōnē sūt nō adiuuat fides rōne vlla: qñ non capit ea rō que fides credit: sed ex diuina reuelatione ꝓdita sunt: hec ille. Ihis igit ꝓnotatis aduertendum est: q aliter querere curiose ꝓbationes impedimentū maximū ad fidē ꝓstat. Tales eñ ꝓbationes veluti scala sunt quib⁹ attingit ad ꝓbata. Quia vo ad ea que fidei sūt scala hmōi ptingunt: qñ nō hūt aliās ꝓbatōes aut quales vtiq; vellent: ideo deficit eis scala oñino: vel ei⁹ saltē altitudinis que hmōi res attingat. Ihi g tanq; deficiēte scala altitudine ascendendi incompabilit breuiori ad eā nullatenus ptingere pñt: eo q solas ꝓbationes scalam que illuc cōtingat ascendere opinant Sed hi vtiq; errāt: quia ꝑm Damascenū lib. iij.c.iij. Fides ē nō inquisitus vel scrutat⁹ cō sensus. Manifestū est eñ qñ nō solū sol i lumine suo ⁊ ex lumine qō infundit a videntib⁹ videt sicut ꝓdictū est: ꝫ ois alia res ⁊ q̄tū ad eius exteriora ⁊ q̄tū ad intellectū morale: q̄to fortius ncē ē vt iusticie atq; itelligētie sol nō videat nisi in lumine ⁊ ex lumine qō ipse videntib⁹ supinfundit: ⁊ hoc gratuiter atq; liberali infusione: nō irrōnabili atq; naturali q̄lis ē effectus luminis a sole ⁊ calozis ab igne: quoꝝ potētie irrōnabiles atq; ꝓuiles merito noiant. Jrrōnabiles quidē q⁊ absq; discretione ⁊ distinctione eque bonis ⁊ malis ⁊ ad bona ⁊ ad mala opant. Sol eñ illuminat eque lumen suū effundit rapientib⁹ ⁊ occidētibus ceteraq; maleficia ꝓpetrātib⁹: sicut pie agentibus. Seruiles vo: quia natura opat ꝓ modū seruiētis: cui⁹ nō est aliter vel aliud facere q̄ accepit in mādat. Hō eñ habet ignis in ptāte vt alicui ab adustione ꝑeat vl vt vnū licet aliud magis aliud min⁹ calefaciat: sed totū opat ex ncēitate nate: nihil aūt ꝓpria libertate: vtrūq; ab altissimo do longe ⁊ in vltimo elongationis. Et ꝓpter hec omnia bona que exīpo sunt nob donata sunt largitatis ipsi⁹ ñ ex curiositate humana.

Hō pōt hō credere et intelligere que fidei sunt ꝓpter multitudinem peccatoꝝ et malā vitam. Ca. iij.

t Ertia cā ē culpa seu ipia vita. Aperito nēpe lumē diuie gre q̄ ē fides corda illoꝝ ad illustrandū nō igredit q obicē illi oponūt mltitudiez pctoꝝ. Quēadmodū eñ ꝓpꝛijs manib⁹ lumen visibilis solis quidā qñq; ab oculis suis abscondūt. Sic vtiq; pctōres suis opib⁹ malis radios inuisibilis solis. h ē gratiaꝫ dona atq; virtutū a cordibus suis declināt atq; aūtunt. Q eñ sunt man⁹ interposite int solē et oculos ad eos obturādos. Hec sunt opa mala inter solē intelligētie atq; iusticie ⁊ cordis oculos ad eos obumbrandos. Uñ Job. xxxiij. de talibus scꝫ. ē. Jpi rebelles fuert lumini. s. fidei vere. Sic eñ terra ⁊ nube vel luna interposita int aspicientē ⁊ solē nō attingit aspicientē ad solem videre nisi interpositum: sic ⁊ oñes hmōi erronei ⁊ infideles cū inter eos ⁊ salutarē veritatē interposita sint infidelitatis sue mēdacia: aliaq; peccata nō possibile eos videre nisi illa. Jnterpositis eñ ꝓhibentib⁹ nō ꝓuenit aspectus eoꝝ ad ipsam vitaiē: sic testat salomō ꝓuerb. xviij. di. Hō recipit stultus verba prudētie nisi ea dixeris que vsant in corde eius. Et qñ impossibile ē ab intellectu materiali atq; possibili aliq̄d videre seu cognosci nisi in radiatione sua sup illū ⁊ apparitione forme sue in illo: qñ ipe ē velut speculū intelligibile ⁊ nobile oim formarū intelligibilium. hoc est in q̄ resultare ⁊ pingi q̄dāmō habent oēs forme intelligibiles resultatiōe ⁊ pictura sibi ꝓueniēt ib⁹. Jdeo manifestū est consequēter qñ nec incrassato intellectui: nec indeclimato nec ꝓ interpositionē ꝓhibito lumē fidei illucescere pōt. Quēadmodū nec in speculo dispositionū seu compationū istarum. Manifestū est g q intellectu heretico ⁊ decepto cū loco tristonis ⁊ puritat⁹ habeat crassitudinē ꝫ imūdiciā loco directe opositiōis: ad vitatē salutarē habeat declinationē ab ea: et ꝫriā pūsionē loco libere vie seu trāsit⁹ habeat int positū ab eo: phibēs ab eo irradiationem ab ipsa vitate salutās. Ihinc clari⁹ eluescit q ipossibile ē in hmōi intellectu fieri descptionē seu apparitionē hmōi vitatis.

Supbia et tumoꝝ mentis ne hō credat magnū ꝓstāt īpedimētum. Ca. iij.

q Uarta cā ē supbia: q̄. s. hō nō vult credere exptis ⁊ pbis viri. Hec superbia iteriori facie q̄dā tumoꝝ ⁊ iflatio ē. Uñ Aug⁹. vij. cfes. de seip so ait. Tumore meo sepabar a te: ⁊ mō iflatꝰ

UVA. BHSC. IyR_032

facies laudabat oculos meos. Et Bern. sup cas. Supbo oculo veritas nō videt. Et iterū Greg⁹. Tumor mētis obstaculū ē vitatis. Et Hiere. xlix. Superbia tua t arrogantia cordis tui decepit te. vbi glo. Dis heretic⁹ arrogās q; superbia facit hereticū nō ignorantia. Et iterum Aug⁹. Superbia meret illudi. Abac. ḳq; ij. c. scp. ē. Quo vinū potātē decipit sic erit superbus vir. Et Greg⁹. Tāto a dei luce longe sūt q̄to apd se humiles nō sunt.

Articul⁹ tertiꝰ in quo cōtinentur alie q̄ttuor cause seu impedimēta quare homo nō credit.

s Ubiūgam⁹ vltimas q̄ttuor cās seu impedimēta q̄re hō credēda nō credit. Quar̄ pma ē stulticia. scda insania. tcia ē bestialitas. q̄rta ē affectō inordinata.

Nō credunt quidā quia stulte horrent et fugiūt videre fidei solem. La. j.

p Rima cā ē stulticia. Assimilant hmōi hoies vespertilionib⁹ t oīb⁹ auibus lucifugis: q̄ q̄dē solē videre ptemptnunt t ipm totis viribꝰ fugiūt dū neq; eius ortū expectāt: neq; em ei⁹ occasum euigilant. Sic vtiq; isti solē intelligētie t iusticie deū ex oi pte fugiūt t abhorrēt. Ortū sic̄dem ei⁹ nō expectāt: dū nec miraculis nec sacrorū eloquiorū testimonijs: nec sacrorū doctorū pluasionib⁹: q̄b⁹ oīb⁹ velut q̄busdā radijs illucescere pōt eisdē attēdere nolūt: imo ab ipsis tanq̄ a iaculis fugiunt: sicut t oēs lucifuge aues solē. Sic sol iste luminosissim⁹ a tpe sue infidelitati eis occidit. Propter̄ frustra eū videre ptendūt p⁹ suū occasū: q̄ q̄dē nō ē nisi casus eor̄ donec eis illucescat dies t oriatur eis iusticie lumen: cui⁹ ortum ptinue fugiunt t abhorrēt.

Quidā credere nō valēt: quia tanq̄ insani p tenebras q̄rūt videre lumē. La. ij.

s Ecūda cā ē isania: q; hmōi infideles t increduli p tenebras volūt videre lucē. Quēadmodū em lumē visus solūmō ē ad visibilia cognoscēda. Ad ea vo q̄ ipm cognosci nō pōt idē visus tenebra ē: sic hūan⁹ sensus t itellect⁹ ad ea q̄ ipos cog̃scibilia nō sūt tenebre dici possūt. Cū igit ea de q̄b⁹ loq̄mur p pte mag̃ p sensuz t itellectū hūanū cognosci nō pōt. Hmōi vo erronei nō aliter q̄ p sensum t itellectū hūanū volūt ea cognoscere vl videre. Jō manifestū ē q; p tenebras solas volūt cognoscere. Hec ē igit eorū mira insania vt cū tria eis ꝓponūtur itelligēda vl cog̃scēda ad solas tenebras hūani sensus t itellect⁹ recurrant: vt cū eis ea videāt t cog̃scāt q; nihil aliud ē q̄ clausis oculis velle cū calcaneis iudicare de sole aut de varietate colorum.

Quidā nō credūt: q; bestialiter q̄rūt fidē. La. iij.

t Ertia cā ē bestialitas. Assimilant etenim tales his q̄ videre volūt d nocte solē: vl q̄ solē nō eē ꝓtendūt pro eo q; nunq̄ ē exortū eis .i. q; nūq̄ illū viderūt. Sed quēadmodū nox ē vbicunq̄ iste sol visibilis nō relucet: sic vtiq; nox spiritualis ē vbicūq̄ sol intelligentie q̄ ē fides nō refulget: t in oīs cordis regione quā nō illustrat: quēadmodū igit nō aī possibile ē videre solē intelligibilē. i. fidē q̄ nox infidelitatis a mente recedit: t sic hi soli vidēt solē apd q̄s illucescit: sic soli vidēt intelligibilē fidei solem q̄s dies spūalis sua ꝓpria fidei illuptiōe t irradiatione illustrat. Hec igit t alia mlta sūt insania t stulta heretice prauitatis t brutalis infidelitatis deliramēta: exq̄ magis ridenda t irridenda aparet eorū bestialitas q̄ disputatione sit digna: cū in eis que dei sunt omnino sint bestiales. Propter̄ aialit seu brutalit t bestialiter de ipsis latrātes t puerorū insanientiū more aut egrorū aliena loquunt ad instar cecorū vt dictū ē de his q̄ nunq̄ videt delirantiū sompniāt fantasias.

Quare varie affectiones inordinate in causa sunt quare hō nō pōt fidē rectā habere. La. iiij.

mediatores esse possunt. ℙRimo enim cuz in stant pro illis qui mutuo indigent z procurãt ab illis qui parati sũt dare: tales inq̃ nec pec cant z minus satisfacere obligantur cum pro ximo suo malo vsurarij vtantur bene. Secũ do vero cum instant pro parte z lucro vsurarij. Tales inq̃ non tantum peccant sed etiaz insolidum satisfacere obligantur. Si tamen sunt ad hoc sic coopati: q̃ absq̃ coopatiõe eo rum illa vsuraria prestatio minime esset. Ra tio autem predictorum ex dicto ℙhi.ij. etĥ. patere potest dum ait: q̃ medium compatũ extremo sapit naturam extremorum. Tertij sunt notarij siue scribe seu tabelliões. De talibus enim distinguendũ est ꝑm Giral. odo. q̃ si sciẽter faciunt chartas vel conficiunt instrumenta de debito vsurarum: ac si sit debi tũ legitimũ z absq̃ vsura: sic̃ cartas a duplo vel de triplo. ꝛc̃. Tunc quidem tenentur red dere vsuram acceptam si vsurarij non resti tuant ipsi: nisi hoc facerent in fauorem rece ptoris mutui ꝑm quosdam z mihi placet. Ra tio est: quia eorum instrumentum est efficaci ter cooperatum ad hoc vt vsurario talis solu atur vsura. Si vero in nota vel instrumen to est facta expressa mentio de vsura: tunc si quidem non tenetur: quia tunc non efficaci ter coopatur: qđ tamẽ intellige nisi vbi esset consuetudo per talia instrumenta in iudicio cogere debitores ad soluendas vsuras: quia tunc etiam modo predicto obligarentur. Ad dit etiam ℍostien. q̃ tales notarij piuri sunt quia cum creantur iuram q̃ talia nõ conficient instrumẽta: ergo nec de cetero testificari possunt nec publica conficere instrumenta. Nam periurus testificari non potest quãtũ cunq̃ penitentiam egerit. extra de testi. ex pte. z. c. vlti. Ex hoc etiam sunt infames quib⁹ sunt oĩs act⁹ legitimi iterdicti. extra de testi. licet ex quadam responsi. j. ℍec Archi. dist. xlvj. sicut. Quarti sunt vsurarum testes: qui si scienter instrumentis vsurarijs consentiũt esse testes: z peccant z satisfacere obligant ꝑm distinctionem que de notarijs facta est. cum constet instrumentum sine testibus non ob tinere robur. vnde ꝑm quosdam huic impio lucro ꝓstant cãm efficacẽ.

De secundis quattuor generibus hominuz qui vsurarios ad lucrum efficaciter iuuant. Capitlum secundum.

S Ecundus quaternarius: quattuor alia hominũ genera continet q̃ ad lucrandum vsuras etiam efficaciter operantur. ℙrimi sunt socij vel factores. secundi sunt famuli vsurariorum. tertij sunt seruitores eorum. quarti sũt tutores filiorum vsuriorum. ℙrimi autem socij ad vsuram vel factores instãtes ad mutuum dandum in vsuriorum persona: ita q̃ apud eos residet quasi principalis auctoritas dominorum suorum: z tales nisi principales restituant satisfacere obligantur ꝑm Giraldõ. odo. z hoc quia ad hoc efficacem cãm ꝓstant. Secundi sunt famuli vsuriorum seu mercatorum qui pro eis in mercantijs z contractibus vendunt tempus: vł alias pro eis male lucrantur: z hi etiam ad restitutionem tenentur: z hoc ꝑm ℝodo: si in persona principali id agunt cum huic impio lucro prestẽt etiam causam efficacem. Tertij sunt seruitores qui si ad solam actualem z manualẽ traditionem mancipati sunt: ita q̃ ipsi nõ taxãt precium vsurarum aut contractuum impiorum. neq̃ cum eis pactum contrahitur de vsura cuius ipsis presentibus z pecunias tradentibus fiat. Tales inq̃ semp in his mortaliter peccant: tamen restituere nõ tenent nisi solus illa que sibijpsis de vsuris retinuissent Istos autem intellige non teneri si absq̃ omni inductione tradunt ipsam pecuniã ad vsuram. nec postea coacti exigunt eam: aliter autem tenerentur: sicut infra ar. ij. z in fi. primi capituli apparebit. In hoc conueniũt Giral. odo. z vđ. Quarti sunt tutores z curatores vel matres z quicũq̃ alij qui sine mãdato gerendo negocium alienum pro alijs feneran tur: tales inq̃ ad restitutionem tenentur ꝑm Alexan. Iom. z ℝod. quia talium contractuum fuerũt ministri z auctores: z sic ad tale lucrum prestiterunt causam efficacem. ℙotest etiam hic queri: nunquid pupillus potest dicere tali tutori tanto tempore habuisse pecuniam meam: propterea peto pro ea licitum lucrum: vsuras autem nolo. sed interesse meum: tamen predictum lucrum dicit se retinere velle cum protestatione prefata. nũquid hoc licite potest fieri. Dicendum q̃ talis pupillus facta protestatione predicta restituere non tenetur sed tutor nisi vsuraria ẽptitas excederet moderatum lucrũ interesse. Tunc eñ supfluũ lucrũ retinere nõ posset sed illud restituere deberet tutori qui tutor restituere

UVA. BHSC. IyR_032

debet vsuras ⁊ sibi imputet imprudentiaz suam. Si autez pupillus recipiat predictas vsuras sine protestatione prefata: predictas vsuras restituere obligatur. Sed contra tutorē agere potest ac ab eo petere interesse. Si vero tutor pecuniaz pupillo restituat: nihilqz illi dicat q lucruz predictum vsurarium sit: demumqz lapso temporis pupillo dicit illud fuisse vsurarium lucrū: tunc pupillus ei credere non tenetur: neqz illud restituere obligatur ꝑm quosdam. Ratio est: quia pupill⁹ non aprobabit quod ille fecit nec de vsuris aliqd dixit tempore quo debebat. Propterea tutor ipse tale lucrū restituere obligatur. Sed nūquid omnes predicte quattuor generatiōes scz socij: vsuriorum famuli: seruitores ⁊ tutores. Atqz quilibet alij: vtputa filiusfamilias qui pro patre vsurā fecit: ⁊ alia quattuor hominum genera: de quibus i sequenti capitulo patet: ⁊ consimiles possunt inuitis illis accipere pecuniam ad quātitatem acquisite vsure ⁊ restituere his qui habere debent. Dicūt quidam q sic: quia tales non cōmittunt furtum cum pecunia illa vsuraria non sit illoruz. Sed cum per efficacem causam predictorum scz sociorum ⁊ consimilium: et per intermedium illorum tale iniustum lucrū deueniat ad manus vsuriorum: ⁊ ad restitutionem obligati sunt ipsi mediatores: iustum esse videtur vt que causa illorum iniuste ablata sunt de lege nature iuste licentiam habeant illa satisfacere: ne ipsi de proprio satisfacere teneantur. Quod etiam videtur sentire Chrysosto. qui extra de reg. iu. ca. j. ait: Unumquodqz per quascūqz causas nascitur per easdem dissoluitur. Propterea predicti dicunt q ad hō agēdum prenominati tenentur: ⁊ in hoc agūt vtilem curam suam atqz illorum qui iniuste detinent illa. Hec autem credo intelligenda in conscientie foro: ⁊ vbi nullum de alijs inconuenientibus subsequeretur: de quibus i sermone. xxxiij. ar. j. e. c. ū. plenius dictum est.

Articulus secūdus de his qui vsure prestant causam efficacem dum scilicet pro vsurarijs reacq runt fenus.

S Ecundi vero qui ad fenus ꝑstant causam efficacem sunt vsure reacquisitores: qui licet etiam non fecerint contractus vsurarios: tamē vsuras per litigia coactiua vel aliter diuersimode reacquirunt. Et de his duplicem quaternariū subiungamus.

De primis quattuor generibus hominum: qui ad reacquirendas vsuras vsurarijs efficacem causam prestant. Ca. j.

P Rimus quaternari⁹ quattuor hominum genera cōprehendit. Primi sunt tutores. secūdi sunt vidue matres. tertij sunt vsurarios sociantes. quarti sunt vsurarum famuli vel factores. Primi sunt tutores ⁊ curatores: qui licet nō fecerunt ipsi contractus vsurarios ꝑ pupillis: tamen pro eis accipiunt vel exigūt vsuras. Tales inqz quia huic impio lucro ꝑstiterunt simile causam efficacem. ꝑm Alexā. lombar. restituere obligantur: si ille cui⁹ nomine acceperunt non est soluēdo vel nō vult satisfacere. Hoc etiam sentit Bar. brixiē. i. c. sicut non suo. xlvj. di. vbi ostenditur q sicut phibet homo vsuras accipere noie suo: ita et nomie alieno. Huius etiaz ratio est: quia facientem ⁊ consentientem par pena constringit. ij. q. j. notum. in fi. Imo quod grauius est si tutor nomine pupilli exigit predictas vsuras etiam post depositum officium: pōt agi contra ipsum. xlvj. dist. sicut non suo. in tex. ⁊ glo. Sed quid faciet tutor qui a cōmunitate artatur tutelam suscipere cuiusdam pupilli qui multa habet suscipere de vsuris? Dicēdum q coram episcopo ciuitatis ⁊ potestate protestari debet: q a debitoribus non exiget nisi capitale ⁊ de vsura se non intromittet: et de hoc faciat fieri publicum instrumentum. Secundi sunt vidue que pro se vel pro filijs recipiunt vel exigunt in iudicio vel extra iudicium maritorum suorum vsuras aut lucrū cōtractuum impiorum. Iste quoqz restituere obligantur cum tali iniusto lucro efficacem prestent occasionem. Tertij sunt socij impiorum lucrorum: sicut venditores terminorum ⁊ consimilium: qui etiā restituē obligat nō tm ea que pro se acquisierunt verūetiam quicquid in iudicio vel extra iudicium pro socijs suis exigunt vel recipiunt cum in his etiam prestent causam efficacem. Quarti sunt factores vel famuli q per litigia coactiua vsuras exigunt vel lucra contractuum impiorū

UVA. BHSC. IyR_032

Tales enim omnium que opere corum de talibus acquiruntur ad restitutionem tenētur quia in talib⁹ efficaciter coopant.

De secundis quattuor generibus hominum qui etiam ad requirendas vsuras efficaciter fauent. Ca. ij.

Secundus quaternarius comprehendit alia quattuor hominuz genera qui etiam ad reacquirendas vsuras prestant causam efficacem Quorū primi sunt aduocati. secundi mutuū ꝯtuituz impedientes. tertij sunt communitates ad vsuram mutuantes. quarti reges ꝛ pncipes vsure fauorem dantes. ¶Primi sunt aduocati ꝛ procuratores quorum patrocinio ꝛ fauore scienter vsure in iudicio vel extra iudicium reacquirūtur: et licz scripture que eis porriguntur apareant iuste ꝛ non de cōtractibus vsurarū: tamen quia de talibus fallacijs sunt ꝛ esse debent experti ꝛ auisati. ideo in talibus eorum conscientia requirenda est. Nam si cum sciant ꝙ tales sint cōtractus vsurarij hmōi lucris fauent seu ad talia reacquirenda seu defendenda cum effectu laborant restituere obligantur: quia ad hoc dant operam efficacē. Quicquid agant homines intentio iudicat oēs. Hec sentit Innocen. et Hostien. in.c. michael. extra de vsur. et Archidiaconus in.c. si quis oblitus. xiij. q. iij. Secundi sunt impedientes. scilicet cum sunt aliqui qui cuidam volunt mutuare pecuniā gratis: ꝛ alij hoc impediunt ꝛ inducunt illaz dari mutuo sub vsura: seu est aliquis qui vult cōtractū facere cum quodam ꝛ licito modo: tertius vero hoc impediens reducit factū ad contractum vsurariū et iniustum. Tales inēs impedientes ꝑm Rodo. restituere obligātur: quia impediunt indebite proximi vtilitatem impediendo ne mutuum gratis detur aut ꝙ contractus licite fiat: et sic in talibus ꝑstant causam efficacem ad impium lucrum. Tertij vero sunt ciuitates ꝛ terre seu quecūcz collegia que recipiūt vsurarum emolumē tum ꝛ fructum. De quibus querit Hostien. i summa de penitentia. §. fi. xxxi. quid de ciuitatibus vtrum ad receptarum vsurarum singuli teneantur ꝛ dicit ꝙ sic licet vniuersitatis causa non sit singulorum. xij. q. ij. qui manu mittitur. Ratio huius est: quia quātū ptinet ad delicta omnes hi qui sunt consentientes ꝛ agentes puniuntur ꝛ singulariter obligātur non quidem tancz vniuersitas que animam non habet. necz tācz vniuersi: sed tancz singuli: extra de vsur. conquestus. viij. q. j. sicut vir. xxiiij. q. iij. si heres. ff. de his ꝙ me. causa. l. metum. §. animaduertendum. Et hoc intellige verum in his quibus hoc plus ratum cz habent atcz consentiunt vel prohibere possunt ꝛ non faciunt: de senten. excom. quāte. Hoc tamē intelligunt quidam de regēb⁹ ꝛ prohibere valentibus. Secus autem de alijs nō principalibus gubernatoribus vl alijs ignorantibus non prohibere valentibus nisi participauerint cōmodum singulare siue bursale quia tunc efficaciter consentirent. Idem ꝙcz Archidiaconus in.c. ij. xlvij. di. sentire videtur: dicens ꝙ oēs singulares persone tenentur: quaruz consensu atcz auctoritate id factum est ꝛ in statu damnationis sunt. Idē quocz dicendum est si collegium aliquod accepit pignus in casu non concesso. extra de vsuris conquestus. ar. viij. q. j. sicut vir. xxiiij q. iij. si heres. ff. quod me. causa. l. metum. Idem quocz sentire videtur Joh. anō. post ala. in. d. c. conquestus. Cum his etiam concordat Raymundus ꝛ alij plures. Quarti sunt reges ꝛ principes: atcz alij terrarum domini. de quibus extra de vsuris post miserabilem. scriptū est iudeos ad remittendas xpi anis vsuras per principes ꝛ potestates compelli precipimus seculares. Aliter tñ Lom. ait. ꝙ tales domini qui in terris suis vsurarios tenent: licet mortaliter percent: tamē nihil obligātur restituere si nihil ad eos de bonis eorum peruenit. Necz est simile de autoribus mali qui efficacem causam prestant Et de his qui sunt mali causa per accidens: puta quia tale malum in patria conseruant vt libere fiat. Si autem predicti domini cogunt debitores dare vsuras ꝑm Rodo. tunc ad restitutionem tenentur etiam si nihil ad eos ꝙuenit: tamen de hoc in fine sequentis articuli plenius distinguemus. Sed forte meli⁹ sentit vō. di. ꝙ tales qui cum possint non compellunt ad restituendum vsuras: tenent etiam si nihil peruenit ad eos. Cuius ratio potest esse: quia sicut supradictum est habent ꝫ ab ecclesia in preceptuz saltem de iudeis: qō si nō obseruāt: cū ex eorū officio incūbat eis: iterptatū ꝓsensū se hre ōmōstrāt. iux illō. Mō carz scrupło ꝓcessioīs occlte ꝙ mālfesto faciori

UVA. BHSC. IyR_032

deſinit obuiare. extra de homi. c. ſicut dignū .§. iij.

Articulus tertius de his qui preſtant cauſam efficacem ne vſu re valeant ſatiſfieri.

Tertij vero qui cauſam efficacem p ſtant fenori ſunt vſure retentores: ſeu ne reſtituant impeditores: qui ſcz modis varijs efficax preſtant impedimentū ne fenus ſatiſfieri poſſit: de q̄ bus diuerſos quaternarios ſubiungamus.

Primus quaternarius impe dientium ne vſura valeat ſatiſfi eri. Ca. j.

Primus quaternari⁹ quattuor genera hominū in ſe cōprehendit q̄ impediunt ne ſatiſfiat vſura. Primi ſunt vſurariorum vxores. ſecūdi vſurariorum filij ⁊ familia. tertij vſurarij nupta filia ⁊ maritus eius. quarti ſunt vſurariorū heredes. Primi ſunt vſurariorum vxores. De quibus diſtinguendum eſt: quia aut mulieris maritus eſt ſoluendo vel non. Primo aūt ſi eſt ſoluendo ſm Alex. lombar. tūc ſi ſint ibi aliqua bona de iuſto ⁊ ſepata ſunt ꝺ illis expendere ſeu viuere poteſt. Si aūt ſunt ibi aliqua bona de iuſto ſed ita mixta cum impie acquiſita q̄ diſcernere minime poteſt: adhuc de illis expendere poteſt dum tamen in mēte habeat viuere de iuſto. Cōcor. Rodo. Idem etiam addit: q̄ ⁊ ſi talis vxor de oue et boue ſiue de q̄cūq̄ alia re habita de vſura comedere non poſſit vltra caſum neceſſitatis ſi cut infra patebit. Si tamē res ſit empta ꝺ vſura poſſit inde comedere etiam ſine caſu extreme neceſſitatis. Cui⁹ ratio eſt ſm quoſdaz q̄ cum in vſura dominiū tranſferat: non eſt neceſſe reſtituere rem habitam p vſura: ſed ſolum vſurarium ad ſatiſfaciendum non facere impotentem. Secundo autem ſi vſurari⁹ nō eſt ſoluendo: puta quia nihil habet niſi ꝺ vſuris: vel quia oīa bona ſua pro vſuris reſtituendis merito obligata ſunt: licz de bene acquiſitis habeat quedam. Tunc ſm Giral. Oddo. etiam diſtinguendum eſt: Quia ſi talis vſurarius habet aliqua que nō ſunt empta vel habita de vſuris ⁊ dos vxoris ibi fuit pri⁹ q̄ predicte vſure: poteſt ⁊ debet inde ſolui etiam dato q̄ vir eius non habeat ſufficiēter etiam ad ſoluendū vſuras. Si ꝺo nō ſunt ibi niſi empta vel habita de vſuris atq̄ predicte vſure ibi p̄mo fuerūt q̄ ipſius vxoris dotes: tūc ipſa reſtituere cogat quicquid pro victu ſuo ſeu quocūq̄ alio modo accipiet inde: q̄a ei ad non reſtituendū preſtat efficacem cām. Sed oīa ſupradicta intellige niſi in caſu dū cauſam expoliatoz agit. ſ. mouendo ⁊ inducendo p poſſe ad reſtituēdum. quia tunc nō tenetur de his que expendit ſeu conſumpſit eo tempore quo cauſa eius emendationem ſi deliter laborauit etiam ſi reſtitutio nō ſequatur. ar. xj. q. iij. quoniaz multos. extra ꝺ ſen. excō. inter alia. Nam qui vtiliter alterius negocium gerit etiam abſentis ⁊ ignorantis licite recipit expenſas. Non tamen ſm Rodo. de talibus poteſt viuere per totum annum p pter vnam admonitionem vl' etiam propter duas. ſed q̄diu cōtinue inſtat oportunis horis. Concordat in hoc etiam Hoſtien. Si autem de correctiōe vſurarij nō remaneat ſpes ⁊ in vxorem ſuam crudelis eſt: ⁊ de impie acquiſitis viuere eam cogit. Quid habet agere talis vxor. Dicendum q̄ triplex remediuz habere poteſt ſm Raymundū. Primum q̄ ſi ꝺi aliunde victum procuret vel ab amicis vl' a conſanguineis ſuis: aut proprijs manibus laborando ſiue alio modo honeſto: ſi oportz etiam mendicare dummodo ſine inhoneſtatis periculo fieret. Secundum vt denunciet his qui prodere poſſint: vel etiam ſi probabiliter poteſt denunciet epiſcopo vt compellat eum paſcere vxorem ſuam de iuſto .ij. q. j. ſi peccauerit. extra de iureiuſ. quēadmodum. xxij. q. v. hoc videtur. Sed ſm Hoſtien. ꝺ remedium inane eſt ſi talis mulier habet maritum crudelem: vt patet extra q̄ me. cau. c. j. Tertium remedium vbi aliud nō poſſit agere: nec per elemoſynas honeſte querere: neq̄ alio modo licite inuenire: exquo ita artata eſt poterit inde comedere ⁊ nō tenetur: quia tempore tante neceſſitatis ⁊ a furto excuſaretur in totum. Neceſſitas enim non habet legem. de cōſe. diſt. j. ſicut. ⁊ diſt. v. diſcipulos extra de Reg. iuſ. quod non eſt. Si autez periculum mortis non immineat manifeſte aliquod peccatum committere videretur: propterea aliq̄ pnia ei ad cautelam iniungenda eſt. ar. extra de fur. ſi quis per neceſſitatem. extra de homi. c. ij. Quicūq̄ tñ talia ſumit cum magna parcitate ſumere obligatur ⁊ intm̄ dolere debet atq̄ pponere in mente

UVA. BHSC. IyR_032.

sua q ſi vnq̃ et q̃cito p oterit restituet quicquid inde expendit:et hoc satis securum est Quartũ remedium potest addi:q talis vxor res domus modo licito augmentet atq̃ conseruet:quia hoc etiam cedit in creditorũ vtilitatem.Quintum quoq̃ superaddatur q si vir eius habeat plura incerta vbi sufficiat ad satisfaciendum certis:potest tali vxori p episcopum puideri.Oñib⁹ aũt supradictis remedijs potest vti vxor vsurarij si de vsuris mulier habeat dotem ⁊ vir nihil habet nisi restitutioni obligata:sicut predictum est.In omni tñ casu predicto tenetur vxor reddere debitum viro suo ⁊ ecõuerso nisi subsit aliũ impedimentum.xxxij.q.v.si dicat.Concordat etiam his hostien.⁊ plures alij.Secundi sũt filij ⁊ filie ⁊ familia vsurarij quiviuunt devsuris.De quibus ẽ distinguẽdum ſm Giraldo. odo.quia aut vsurarius est soluendo vel nõ Primo aũt si est soluendo ⁊ habeat alia vltra ea que soluere ⁊ satisfacere obligat:de illis viuere possunt cum distinctiõe in principio h⁹ capituli de illicito aduenientibus habita de vxore.Secundo autem si non est soluendo quicũq̃ de familia eius quicquid pro suo victu vel quomodocunq̃ acceperint satisfacere coganꝫ.Quia illum ad satisfaciendum faciunt impotentem:⁊ ad hoc prestant causam efficacem.Excusari aũt tales ⁊ cõsimiles possunt propter quinq̃.Primo ppter pcurationem.secundo ppter recompensationem.tertio ppter restaurationẽ.quarto ppter ignorantiam.quinto propter necessitatem. Primo inq̃ excusari potest homo in hoc ppt̃ pcurationem hoc est si causam spoliatorũ agit id ẽ.dum procurat fideliter q eis restitutio fiat:sicut de vxore supra in hoc.c.dictum est. Secundo propter recompensationem:quia scz et tñ restituit q̃tuz de suo accepit:sicut cõtingit in emptionibus:in opibus mercennarijs:in cõmutationibus.⁊ consimilibus:⁊ ꝺ hoc in sequenti.c.§.iij.latius dicetur.Tertio ppter restaurationem.i.si se restauraturum proponat:⁊ ad hoc facultatem se habiturum probabiliter credat.Quarto ppter ignorantiam:quia scz nesciat homo rem esse talẽ nec causam habeat hoc sciendi illum videlicet eẽ talem.Quinto ppter necessitatem puta q̃tũ ad hoc:quia filioli atq̃ filiole in tali etate sũt q aliter cõmode viuere nõ possunt. Vltra p̃dicta potest etiam queri.Si dum viueret titij pater expendit.ccc.libras in studio pro filio suo vt doctor efficeretur:cuz nihil nisi de vsuris haberet:cũq̃ de vsuris habuisset mille p⁹ mortem non dimisit filio nisi quinquaginta libras.Queritur vtrum de illis.ccc.Titi⁹ ad restitutionem sit obligatus?Ad quod dicendum q si pater Titij non erat soluendo quãdo filium in studio nutriebat:tũc distinguẽdum est.Nam si Titius credebat q pater sui⁹ sibi de bonis licitis prouideret ratione bone fidei:de rebus iam consumptis satisfacere non tenetur.sed solum de extantibus.Si autem nouit suum patrem de vsuris omnia possidere propter conscientiam lesam quam habebat in vtendo alienis rebus debet illas.ccc. libras restituere ſm diuinum ius.Et sic ꝺ cõ similibus idem iudicium fieri potest. Tertij sunt filia vsurarij atq̃ maritus eius.De quibus notandum est:q si quis accepit filiã vsurarij in vxorem qui nihil tunc tẽporis habebat nisi reddendum.Tunc ſm quosdam dotem quam inde accepit cum filia reddere nõ tenetur:si nõ crassa sed probabili ignorantia ductus fuerit:quia scz probabiliter credebat socerum non esse vsurarium:aut preter illam dotem habere sufficientiam ad soluendum. Scõm vero Giral.ꝺo.alioscq̃ solẽnes doctores talis gener ex quo scit q dos accepta quando eam accepit erat necessaria ad soluẽdum ⁊ iam alia debita reddi:non potest talez dotem cum bona conscientia retinere:si certi sunt hi quibus primo talia debebanꝫ.Cui⁹ ratio est:quia de aliorum rebus nullatenus ſm deum illa potuit dotari.Sed tamẽ si vsurarij filia talem dotem vult restitui:⁊ ei⁹ maritus obstat:culpa erit mariti nõ vxoris.et ꝺ si illa proponat dotem illam satisfacere si vir eius ante illum obiret. Si autem econuerso vir eius vult illam restitui:sed vxor eius obstit nec patitur illam reddi: tunc forte sufficit illi q ipse non percipiat de bonis illis et ꝑponat quando posset restituere illam.Si vero vterq̃ in satisfaciendo ex mala voluntate concordant ambo in statu damnationis viuunt.In remedium tamen periculi dici posset q si pater talis vxoris siue ei⁹ heredes haberent sufficientiam ad satisfaciendum certa :tunc talis dos si parua est i totum:si autem magna in partem de incertis dyocesan⁹ posset cum tali muliere ſm discretum iudicij dispẽsare.Consulẽdum est etiam tali mulieri de bonis vsure certis habenti dotem cum sibi nõ potest aliter prouidere:q si cõtingeret

UVA. BHSC. IyR_032

eam ꝓmozi viro: debet in fine vocare virum ꝛ filios si illos habet. Ac eis ꝓtestari dotē suā de vsur. fuisse. obsecrans ꝛ obtestans quatenus restituant eā: quia illā nullo modo possunt licite retinere: quod si nō fecerint non ei sed illis imputabit. Sed quid si pater vsurarius dotauit filiam suā eo tempe quo etiā remanebat soluendo: ꝛ p cōsequens nō ꝓpter dotes illas factus est impotēs ad soluendum Dic sicut patet in ꝑmone. xxxix. ar. j. c. ij. circa principiū. Quarti sunt vsurarij heredes ꝙ quibus ꝑm Archidiaconum ꝛ alios canonistas est dicendū: ꝙ licet aliter ꝑm leges distinguat: tū de iure canonico heredes tenent ad oīa debita defunctorū in quorū loca succedunt: siue heres sit filꝰ siue extraneꝰ: siue raptor siue alterius. Siue talia debita fuerint ex cōtractu: siue ex maleficio vel q̄si: siue res puenerit ad heredem siue nō. xvj. q. vj. si episcopum. extra de pigno. ex ꝑsentiū. in fi. ꝙ solutī. c. j. de vsuris tua nos. de rapto. in lr̄is. ꝙ sepul. c. fi. vbi plene de hoc. ꝛ de sen. excom. a nobis: ꝛ hoc intelligas si hereditas ſufficit. Si aūt hereditas nō sufficit ad oīa debita ꝓsoluenda. ꝑm Ray. in iudicio anime: etiaz si heres nō fecit inuentariū nisi q̄tū sufficit hereditas nō tenetur. Secus aūt in foro iudicii. ꝑm Joh. an. in nouella. vbi dicit ꝙ si fecit inuentariū nō teneꝫ vltra vires hereditarias. Quo aūt ad iudicium anime illud indistincte affirmat. Ad hoc quidem addendum est. ꝙ talis heres vltra hereditatē teneꝫ in iudicio anime ad oīa que ꝓdictus vsurarius ꝓ eo expendit si illa suscepit mala fide. Ratio ē quia ad nō restituendū ꝓstitit causam efficacem. Et hoc intellige si talia habuit eo tempore quo erat vsurarius nō soluendo. Sz q̄d de duobus heredibus vsurarij alter factꝰ est nō soluendo? Dicendū ꝑm Hostien. ꝙ alē insolidum obligaꝫ ꝛ hoc vsq̄ ad quātitatē que ad eum de hereditate puenit. Ratio est: quia succedit in crimine: ꝛ etiam quia oīes res hereditarie obligate sunt: extra de vsur. cuz tu. §. fi.

Secundus quaternarius eorum qui etiam efficaciter impediunt ne satisfiat vsura. Ca. ij.

8 Ecūdus quaternarius etiā quattuor genera hominū comprehendit in se qui efficacem cām ꝓstant ne vsura valeat satisfieri. Primi sunt vsuriorum famuli. secundo vsuriorum consanguinei. tertij vsuriorum seruitores ꝛ mercennarij. quarti sunt vsurarij denarios mutuantes. Primi sunt vsuriorum famuli qui sz nō ad exercendum fenus sed i domo vel in alijs negocijs seruiunt eis. De quibus dicendum est sicut de vxore vsurarij in hoc ar. ꝛ. c. j. dictum est. Quia si vsurarius nō ē soluēdo nullo mō de bonis vsurarij viuē ꝓt. Nec q̄ insup salarium suum ab eis suscipere licet nisi duo ibi concurrant. Primuz ꝙ ibi sit aliquid de licite acquisitū nō aūt empta vel habita de vsuris. Scōm ꝙ tale salarium prius fuerit q̄z vsure. His aūt duobus cōcurrentibus predictum salarium suum ꝑm alios suscipere possunt etiam dato ꝙ vsurarius ſi haberet sufficientiam ad soluendum vsuras de bonis autem illius viuere eis nequaq̄ licet: aliter darent ei ad non soluenduz causaz efficacem vbi vsurarius nō est soluendo. Secundi sunt consanguinei seu amici. domestici socij ꝛ quicūq̄ alij qui de bonis ipsius vsurarij comedunt bibunt siue dono siue quocū q̄ alio modo recipiūt vel in alienos vsus cōuertunt. De quibus notandum est: ꝙ si vsurarius non est soluendo ꝙ omnia bona q̄ habet non aut vix satisfactionem sufficiunt licet habeat aliqua de licite acquisitis. Tales inq̄ quicquid predictis modis susceperint satisfacere obligantur: quia etiam ad non satisfaciē dum prestant causam efficacem. Si quis autem de hoc dubitat ꝛ res adhuc extat: satisfacere obligatur ne pro re temporali in discrimine animam suam ponat ꝑm regulam Alex. supra sermone. xxxiij. qui est precedētis sermonis ar. iij. ꝛ in fi. v. ca. datam. Tertij sunt vsurarijs seruientes et mercennarijs: de quibus dicendum est: ꝙ si vsurarius quecunq̄ habet obligata sunt pro vsuris seu non est soluendo: tunc distinguendum est. Quia aut illis seruiunt in rebus licitis et honestis et tunc si propter diminutionem substantie vsurarius non fiat magis impotens ad soluendum licite possunt suscipere condignam mercedem: et hoc quia vtilitas quam inde cō sequitur vsurarius talis ex illorum opere cū mercede merito compensatur: et propt̄ mercedem mercennarijs datam pauperior minime dici potest: cum loco mercedis habeat cōmodum operum. Idē quoq̄ dicendū est de his qui vēdūt vsurario suas merces: ꝙ si recipiunt denarios de vsurario lucro: ipsi q̄q̄

UVA. BHSC. IyR_032

eiusdem valoris rependunt merces: vnõ nisi alia causa subsit nõ faciunt eum ad satisfaciendũ amplius impotentẽ. Solet etiam dici ꝑm Alex.lom.q illi quib⁹ debetur aliquid ex contractu vel quasi aut ex maleficio vel q̃i possunt recipe quod sibi debeꝫ ex hmõi reb⁹ dum tñ rem vsurariã furtiuã vel raptã nõ recipiant in specie sua. Quod quidẽ in vsura ẽ verum ꝑm illos qui tenent q in vsura dñium nõ transferꝫ. Cui⁹ opinionis fuerunt Alex. de halis. Bonaueñ. Rich. Sco. in. iiij. di. xv Hugo ⁊ Ray. in titulo de decimis. Cõtrarie vo opinionis fuerũt Goffre. in ti. ō decimis. ⁊ Bersi. extra de deci. ex transmissa. licet hoc nõ dicat exꝑsse. ⁊ glo. xiiij. q. iiij. in. c. si quis. ⁊ Tho. Scõm vo ꝑmã opinionẽ nõ debẽt recipi res vsurarie in spẽ in solutionẽ: quia potest debitor qui eas dedit ⁊ cõtradicere ⁊ illas repetere creditori. Aut tales seruitores seruiunt vsurario in illis in quibus eũ ad satisfaciendum dum recipiunt salariũ faciũt impotẽtem. Et tunc licet si seruiant ei in rebus licitis ⁊ honestis nõ peccant: imo q̃q apud deũ plurimum mereanꝫ: tñ salariũ seu ꝓcium suscipe minime possunt: cũ ex hoc ad eum satisfaciẽdum faciant impotentẽ atq ad hoc ꝑstãt cautam efficacem. Hmõi sunt medici barbitonsores ⁊ varij consules. Et ꝛ tales ab vsurario salariũ acceptare nõ possint tñ in extrema necessitate illi subuenire tenenꝫ amore dei ex ipsa lege nature ⁊ ex ipso dei precepto. Luc. x. vbi ait. Diliges ꝓximũ tuũ sicut teipm. Quarti aũt sunt denarios vsurarijs mutuãtes: de quibus distinguit vo. quia aut bona fide creditor vsurario pecuniã mutuat vt ex ipa cõmodum suum faceret ⁊ licite lucrando forte ex ea se liberaret: ⁊ tunc recipe potest quod liberaliter mutuat etiam si alias ille non sufficeret ad soluendas vsuras. Aut alia ⁊ nõ iusta causa illam mutuo ei dedit: puta ad ludẽdum in alea. aut ad meretrices vel hystriões ⁊ ad cõsimilia dispgendum: ⁊ tunc nõ põt debitum ab illo recipe qui alias nõ ẽ soluẽdo.

Tertius quaternarius etiam de his qui efficaciter obuiãt ne reddaꝫ vsura. Ca. iij.

Tertius quaternarius de eodẽ subdendus est. In quo ꝓmi sunt vsurarioꝝ elemosynas acceptantes. secũdi oblationes recipiẽtes. tertij ꝓchiales. quarti autem sunt prelati subscribentes. Primi sunt elemosynas acceptantes: de quibus distinguẽdum est: q si vsurarij ꝓpter hoc efficiantur non soluendo: ⁊ hoc intellige de certis. tunc qui recipit restituere obligatur. Secus autem si habent aliqua alia que non sunt de vsura seu ꝓ hoc ad satisfaciendum vsuram impotentes non fiant. Concordat vo. Insuper est notandum: q etiam si vsurarij essent non soluendo excusantur religiosi ⁊ predicantes qui vadunt vt ad penitentiam ⁊ ad satisfaciendum illos inducant si comedant de vsuris. et hoc maxime si apud alios comedere inuenire non possunt siue inducant illos predicatione generali: siue etiam persuasione speciali: extra de sentẽ. exco. cum voluntate. §. i. Quod quidem ꝑm Raymundũ verũ est: si de correctione spes probabilis habeatur: ⁊ si etiam ꝓpter eorũm expensas non subtrahatur vsurario restituendi facultas in toto seu in magna parte. ar. ij. q. vj. anteriorũ. §. illud. Concor. Raymũ. Archidi. ⁊ hostien. Secundi sunt oblationes recipientes. Nam qui recipit eas ab vsurarijs manifestis: ⁊ quod accepit restituere obligat ⁊ donec satisfecerit ad arbitrium episcopi sui ab officij sui maneat executione suspensus: extra de vsuris. quia in oñibus. in fi. Caueat igit ne interim celebret: alꝫ fieret irregularis. hec est sententia hostien. Sed ꝑm Archidiaconũ decretum illud nõ est late sententie. ꝑ ferende. Raymũdus aũt dicit q si sũt vsurarij manifesti ipo iure sunt excõmunicati q̃tũ ad ea que ponuntur in dicta decretali: quia i omnibus. §. ideo. Sed cui talis oblatio reddenda est? Dicẽdũ ꝑm quosdam q episcopo debet dari vt ꝑm prouidentiam eius illi restituatur a quo est habita si iueniatur. Alioqn pauperibus dispẽsetur. ar. xiiij. q. v. Immo lans. Scõm vero Alexan. lombar. ⁊ vo. restitui debet illi qui eam dedit. Et hoc primo ꝓpter obprobrium sui. extra de homici. c. sicut dignum. §. eos. Secundo vt illi satisfacere possit a quo accepit. ar. extra de vsuris. cũ tu manifestos: et hec sententia melior esse videtur. Qui autem sint vsurarij manifesti ꝑm hostiensem dupliciter demonstratur. Primo per notorium iuris. secundo per notorium facti. Primo quidem per notorium iuris dicuntur vsurarij manifesti quando sunt per episcopum in ecclesia publicati. Secus autem si ab episcopo tollerant. Scõo aũt ꝓ notoriũ facti. i. ꝓ euidẽtiã manifestã scz cũ tenẽt parati

UVA. BHSC. IyR_032

menſam ad pecuniã mutuandã cuilibet ſub vſur: ſicut meretrix in ꝓſtibulo cuilibz ſtat parata. Ita habeť in.l.palã.ff.de ỽ.ſig. Et ꝙ Bar.in.l.ij.ff.de fur. Si aũt ſunt ſolũ manifeſti ꝙ famã: nõ tñ notorij ꝯuiſſimã hãc penã non patiunť. Tertij ſunt parochiales quib⁹ in curam plebs ꝓceſſa eſt ⁊ de aliabus curaz vſuriox habere debẽt atqz illos monere et corrigẽ obliganť: ſicut plenius in ſermõe liij.arti.j.et.c. iij.diſſerem⁹. Quarti ſunt ꝓlati q̃ ſubſcribũt atqz ſi gillant cedulas vſurarioz. De qbus ſm Hoſtien. dicendũ eſt. Qz ſi ꝓlatus nõ legit tenorẽ vel etiã ſi legit ⁊ vſura non appareat ibi: qz forte maior ꝯtitas ibi poſita ẽ ꝯz fuerit mutuata: atqz ipſe ꝓlat⁹ nõ diligenť ꝓſideret fatue facit: ſed tamen in veritate non ꝓſentit. Si ỽo legit ⁊ ꝓcipit veritatem: ꝓticeps eſt peccati ⁊ non cõmodi vſurarum. Ma ſubſcriptio in multis ꝓbationẽ inducit eẋ de ſen.⁊ re iudi. Cum inť vos. Idez quoqz Goffre. ſentit.

Quartus quaternari⁹ adiungatur etiam de his qui efficaciter operanť ne de vſura ſatiſfactio fiat. Cap. iiij.

Quartus inſup de eodem ꝙternarius ſubiũgatur. Primi q̃rũ ſunt domoſ ad exercendũ fenus locantes. ſecũdi manifeſtos vſurarios ad ꝓfeſſionem indebite admittẽtes. tertij ſunt notarij et teſtes vſurarioz teſtimonijs indebite aſſiſtentes. q̃rti aũt ſunt manifeſtos vſurarios ſepelientes. Primi ſunt domos ad fenus exercendũ locantes vel quõcunqz accõmodantes ſeu vendẽtes. Unde eẋ de vſur. vſurarum voraginẽ li.vj. grauiſſima ſententia lata eſt vbi precipiť q̃ nullũ collegiuz vel vniuerſitas ꝓmittat aliquos alienigenas vl̃ aliquos non oriundos de terris eoz q̃ publice vſuras exercere volunt ad hoc domos in terris eoz ꝓducere aut alias habitare. Sz oẽs hmõi manifeſtos vſurarios infra tres menſes de terris ſuis expellant. Nemo illis ad exercendũ fenus domos locet vel alias quocunqz titulo concedat. Qui contra fecerit ſi ꝓſone ſint eccleſiaſtice pñiarche epiſcopi vel archiepiſcopi ſuſpenſi ſunt. Inferiores autem his perſone ſingulares excõmunicati ſunt. Collegiũ vel vniuerſitas alia inť dicti ſentẽtiã ipſo facto incurrunt ꝯz ſi ꝓ mẽſem ſuſtinuerint indurato animo terre eorũ ꝯdiu ibi vſurarij cõmoranť eccleſiaſtico ſub iaceant interdicto. Si autem laici fuerint ꝙ ſuos ordinarios per cenſurã eccleſiaſticã cõpeſcantur. Circa hoc tamen aduertendũ eſt q̃ recedentib⁹ vſurarijs illis ceſſabit interdictum ſm Johan.an. Sed nunquid hi q̃ venerunt eis domos incurrũt hanc penam? Dicendum ſm archi. ỽ. et Johan.an. quia ibi dicitur quocũqz titulo ergo nec locare nec ꝓcario ꝓcedere nec eis vendere poteſt. Sz q̃d ſi ad fenus non ꝓducũt illas ſed ad alia opera ſua? Dicendũ hoc non eſſe ꝓhibitum. In dubio autem ꝓſumitur ad hoc ꝓducere illaz ſi ꝓſueuerunt exercere vſuras. ff. de actio. et obli. ſi cui. Queri etiaz poteſt ſi reſtituere tenẽť lucrum penſionis qui locant ad fenus vſurarijs domos. Et dicendũ q̃ licet participes ſint omniũ peccatoz que in ea ex fenore perpetranť. Nihilomin⁹ ratione ꝓtract⁹ locationis i quo lucro tranſfertur domũ in locantem poſſunt tale lucrum non illicite retinere: niſi vſurarius tunc impotẽs eſſet reſtituere acquiſitas vſuras: quia non poſſet recipere penſionem niſi prius debuiſſet habere. Secundi ſunt manifeſtos vſurarios ad ꝓfeſſionem indebite admittentes ſiue abſoluentes. de quibus eẋ de vſur. c. ꝯz. lib. vj. ſcriptum eſt. Nullus manifeſtoz vſurarioz teſtamentis interſit: aut eos ad ꝓfeſſionẽ admittat ſiue ipſos abſoluat: niſi de vſuris ſatiſfecerint: vel de ſatiſfaciendis ꝙ vſurarũ viribus facultatum preſtent vt premittiť idoneam cautionem. Teſtamẽta quoqz manifeſtorum vſurarioz aliter facta non valeant ß ſint irrita ipſo iure. Sed nunquid ad ſalutẽ ſufficit vſurario qui reſtituere hz in periculo mortis exiſtẽs q̃ condat teſtamentũ ſuper reſtitutione malorũ ablatoz? Dicenduz ſm Alexan. lombar. oino q̃ non. De quo duplex ratio poteſt dari. Prima quia teſtamentum eſt vltima ſentẽtia voluntatis noſtre de eo q̃ poſt mortem ſuam quis voluit fieri. Cũ enim teſtans hoc voluit fieri poſt mortem: et poſt mortem locus penitentie nullus ſit ſine qua nullus vſurari⁹ abſolui poteſt. Reſtat q̃ ſolum tale teſtamentũ condens in ſtatu ſalutis mime poſſit eſſe. Propterea oportet q̃ in vita reſtitui velit: alias non dimittiť peccatum niſi reſtituatur ablatum: ſicut dicitur de re. iu. li. vj. Secũda ratio eſt quia iuſticia dei requirit vt ille ſatiſfaciat qui peccat. Unde ſicut vſurarius eſt qui offendit: ſic ipſe debet ſatiſfacere in quo offendit. Non vtiqz ỽ facit ſi relinquit in teſtamẽto q̃ per alũ fiat. Si igitur ſatiſfacere cupit ita q̃ ei remittatur

UVA. BHSC. LyR_032

peccatum quattuor eum obseruare oportet ¶Primo si pecuniam habet vnde restitutio fieri potest priusq; moriatur restitutionez illam exponat per fidelem amicū. Secūdo q; sub voce preconia faciat se solennit̄ preconizari: q; omēs a quibus per se vel per aliū pecuniam extorsit plenam ꝛ integram satisfactionē veniant recepturi. Et hoc quidē. Tū vt qui debent habere plenius inotescant ꝛ venire possint repetere sua. Tū vt scandalū qđ in publice exercēdo vsuras multas ab eo exhibitum est hoc quasi in publica penitētia deleatur ꝛ emendetur: quia vt dicit ex de penitēn. et remis. c. j. manifesta peccata nō sunt occulta purgāda correctiōe. Qđ si talis vsurarius non publice fecerit ꝑm Alexan. lombar. non debetur ei sacramentū nec ecclesiastica sepultura. Tertio si vsurarū hz aliq̄ instrumenta: ex tunc ea casset per publicū instrumentū vel redigat ad debitum veritatis Quarto si aliquid deficit explicandū vel debite obligādū faciat sibi fieri publicū īstrumentum atq; debitaz cautionē: sicut exprimit̄. s. li. vj. de vsuris in dicto. c. q̄q̄. Et ꝑm mḡros vtriusq; iuris doctores eius fideiussor inteḡliter ꝛ insolidū obligatur ad restitutionē oīum vsurarum certarū ꝛ incertarū: ac etiā male ablatorum p vsurariū extorto; q̄tum vires predicte hereditatis se extendūt. Et hoc habito respectu ad tempus predicte cautionis. Nam licet tempore p̄stite cautionis p̄ncipalis essz soluēdo: demūq; eius facultates exhauste essent aliter q̄ in restitutiōib⁹ p̄dictis. Nihilomin⁹ fideiussor remānebit ad omnia obligatus. Et licet prosit inopie excepto p̄ncipali: non tamen fideiussori eius in dicto casu. Ad hoc etiam queri potest de eo qui se sponte obligat ad vsurarū restitutionē credens bona vsurarij ad hoc sufficere ꝛ q; nō sufficiunt postea adinuenit: nunquid satisfacere teneatur de ꝓprio suo? Dicenduz eni q; aut p̄misit ꝛ obligauit se distincte puta si tñ haberet de bonis defuncti ꝛ tunc non obligatur nisi p tanto q̄tum inuenit de bonis eius Aut obligat se indistincte: ꝛ tunc si opus est tenetur de suo supplere ita q; integre soluat. Ratio huius est: quia seipsum ꝓprijs verbis illaqueauit. Sed si hoc in intentiōe habuit: nec tamen id verbis expressit: nunquid excusatur? Dicendū q; non quia statur magis obligationi expresse q̄ intentioni occulte: tñ quia explicite non expressit sibi imputet: q; non debent ꝓpter stulticiam suam creditores suo fraudari iure. Itez queri potest vtq; qui recepit per publicum instrumentū cautionem de restituēdis vsuris ꝛ male ablatis ad voluntatem suam possit sine peccato isti relaxare hanc p̄missionē ꝛ instrumentū cautionis reddere vel cassare. Dicendū q; si ille qui se obligauit compos cōsue mentis ꝛ hoc postulet imporune cum salus eius esse debeat in manu sua: nec; teneat homo salutez anime sue cum suo scandalo ꝓcurare. Nec insuper ꝓpter hoc a vinculo debitoꝝ remaneat absolutus potest sine peccato hmōi instrumentū obligatiōis cassare. Contrarium vo dicas si talis obligatus prelato suo esset. Insuper aduertendū est q; si vsurarius non potest habere fideiussorem nec pignora: ꝑm Johā. an. iuret se facturū qđ cauet ꝛ sufficit maxime si hoc verisimile est: ex de dona. int̄ vi. et vxo. c. p litteras. His igitur p̄missis detur ei penitētia ꝛ non prius sicut precipit̄ in supradicto. c. q̄q̄. Et si aliter quis absoluerit eum thesaurizat super se iudiciū dei ꝛ aiam illius precipitat in ꝓfundū: nec; ignorantia excusat: sicut patet extra ð iniuſ. et dam. da. c. si culpa. Nec; video quare a satisfactiōe excusēt possibili: cum sicut ex precedentib⁹ patet ipse sit causa efficax tantoꝝ malorum. Tertij sunt notarij ꝛ p̄dictoꝝ vsuriorum testes qui contra p̄dictam decretalez q̄q̄ interfuerint testamentis. Naz quicqd notari⁹ inde lucratus est restituere obligat. Et ꝓpter inobedientiam peccant oēs tali testamēto ꝓsentiētes ꝛ animam vsurarij ꝛ suas in infernum demergūt. Quarti sunt manifestos vsurarios sepelientes. Tales enī eadem pena plectuntur: sicut de recipiētib⁹ eoꝝ oblationes in precedēti. c. dictum est. Et vltra hoc ipso facto sunt excōmunicati p̄ cle. j. extra ð vsur. Sed quid de his qui non sepeliunt vsurariū sed illum simulant sepelire: puta quia in secreto ponūt capsam cum honorifico aparatu ac si ibi talis vsurarij esset corpus. Dicendum ꝑm Jo. an. ꝛ alios doctores q; subiacēt illis penis. Omnes igitur tales predicto modis sepeliētes non possunt absolui nisi prius ad arbitriū episcopi satisfecerint competent quocūq; priuilegio non obstante: extra de sepul. eos qui. in cle. In his etiam includuntur mulieres.

Quintus etiam quaternari⁹ supaddendus est etiam de impedientibus ne satisfiat vsura. Capitulum. v.

UVA. BHSC. IyR_032

Qintus ⁊ vltimus ꝗternarij etiaꝫ subiungatur de eisdem qui impediunt ne vsura valeat satisfieri inꝯ eos. ℙrimi sunt testamẽtoꝝ vsurarioꝝ executores. secũdi hereditatũ vsurarioꝝ defensores. tertij ẋo sunt piarũ domorum gubnatores. ꝗrti rei empte de pecunia fenebri retẽtores. ℙrimi sũt vsurarioꝝ testamentoꝝ executores. Sepe eniꝫ tingere solet vt relicta vsurarij bona non plene sufficiant ad satisfaciendũ debita certa: ⁊ nihilominus ne vsurarij funus careat ecclesiastica sepultura cum epo de certa ẽtitate pecunie ꝓ incertis conueniat executor: qua ꝯdem parte amota reliqua vsurarij bona nõ sufficiũt ad satisfaciendũ plenarie certa. Executor igitur talis cum det causam efficacem ꝙ qui debet habere certa de bonis vsurarij nõ possint rehabere de ꝓprijs insolidũ satisfacẽ obligatur. Sed de hoc plenius in sermõe. xxxix. arti. iij. c. j. Secũdi sunt hereditatũ vsurarioꝝ defensores impediẽtes scilicet ne satisfaciat vsure: sicut ꝓcuratores ⁊ aduocati ⁊ ꝯ cunctꝫ sint alij. Omẽs inꝯ tales i totum satisfacere obligant ad qõ ne redderet dederunt causam efficacem. Tertij sũt piarũ domorum gubernatores siue rectores siue religiosi ⁊ ecclesiastice plone siue seculares sint: qui qñq; sub pallio pietatis atq; cõis ⁊ maioris boni passim vsurarioꝝ bona seu hereditates suscipiunt impediẽtes ⁊ efficacem causam dantes ne certa certis valeant satisfieri: ꝓpterea totũ id ad qõ talẽ causaꝫ ꝓstiterunt satisfacere obligant. Quarti sunt rei empte de pecunia fenebri retentores. ℙone ꝙ vsurarius de vsure pecunia emit equũ siue prediũ aut domũ: ⁊ hoc alteri donat: demũ efficitur non soluendo. tunc ſm Ray. debitor qui vsuras soluerat rem illam põt emere a possessore ⁊ ille eam satisfacere obligat. ℑn tali nempe casu res loco precij succedit: sicut econuerso precium loco rei. ff. de pecu. heredi. l. si rem. eẍ de vsuẍ. cũ tu. vbi precipit vendi possessiones ꝯ empte fuerũt de vsuris. Hoc tamen ſm ℳ. verum esse intellige quando rẽ talem habuit ex cã lucrativa. Secus si emisset vel alia ñ lucrativa causa ⁊ bona fide habuisset: cum hoc ꝓcor. Goffre. et Hostien. Et addũt ꝙ si res illa ex causa lucrativa postea ad alium ex simili causa ꝓuenire ꝓtingat et iste vltimus fuit ille qui vsuras soluerat seu repetere poterat ille cui prius res data fuit liberatus est vt ꝓtra eum non possit agi. ff. de actio. et obli. l. omnes debitores. Scõm etiã Hostien. Si res empta de pecunia fenebri ꝓ tertiam personam peruenit ex causa lucrativa ad eum qui dedit vsuras: vsurarius minime liberaẗ. ff. de verbo. obliga. inter stipulantem.

De quibusdam qui non solũ vsuras satisfacere obligant sed etiam maiorem excõicationem incurrunt eo ꝙ vsuris efficaciter fauent. Cap. vj.

Volo etiam vltra oia que in ꝓcedẽti sermone dicta sunt attentius annotari ⁊ ꝓ vltimo capitulo superaddi: ꝙ sunt quidam qui super oẽs predictis tribus modis fauẽtes vsuris culpabiles estimãtur: grauioriq; pena plectunt ꝗ ipsi pessimi vsurarij. Mã grauioris culpe ecclesia sancta determiauit esse efficaciter autẽticare vsuras ꝗ rapere per vsuras: vnde ecclesia vsurarios excõicat excõicatione minori. extra ỏ vsuris. in pleriſq; capitulis. Efficaciꝰ autem autenticãtes vsuras excõicat excõicatiõe maiori. ℙroinde extra de vsuẍ. c. ex graui. i cle. vbi ponunt excõicationes maiores ꝓtra predictos efficaciter autenticãtes vsuras. Nam sicut ibi dicitur excõmunicati sunt potestates capitanei rectores iudices consiliarij cõsules ⁊ quilibet alij officiales qui delinquũt in casibus infrascriptis. ℙrimus est si statutum decetero facere scribere vel dictare presumpserit ꝙ vsure abvsurarijs exigi possint Secundus ẋo est ſ ad soluendũ vsuras debitores compellunt. Tertius est si quis iuder ꝙ vsurarijs soluãt vsure ꝓsumpserit iudicare. Quartus est si de predictis quis dederit operam ꝙ solute vsure non repetant. Quintus est si statuta hactenus edita in vsurarum fauorẽ qui hoc facere possunt infra tres menses non deleuerint de libris cõitatum. Sextus est si ipsa statuta seu ꝓsuetudines effectum vsurarũ habentes ꝓsumpserint obseruare: ⁊ licet iste excõicatiões ſm iudicium ecclesie ꝑuissime culpe ⁊ pene sint: tamen ſm iudiciũ seculare omnes in ꝓfato capitulo pretacto qui ſm triplicem modum in tribus articulis huius sermonis est ostẽsuꝝ offendunt grauius puniunt cum obligent ad satisfactionẽ oium vsurarũ quas ipsi vsurarij sunt lucrati: nisi ipsi vsurarij restituant predictas vsuras: sicut ỏ hoc plenius in precedenti sermone. c. j. circa finem patet. Mira quidem insania populoꝝ qui in blasphe-

UVA. BHSC. LyR_032

miam diuine ac ecclesiastice legis impossibile putant esse populos stare sine vsuris publicis ⁊ a cõmunitatib⁹ ⁊ a dñis autentice ꝓbatis: cum manifeste clarescat sicut ex predictis aparet q̃ vsuras efficaciter aprobantes grauius puniunt̃ ⁊ ad restitutionẽ grauius q̃ ipsi vsurarij obligantur. Cum restituere teneantur sicut predictum est que non ipsi sed vsurarij occasione eorum rapuerũt impie. Patet igitur ex predictis quomodo diuersimode plurimi vsurarij ꝑstant causam efficacez: ⁊ qui restituere obligant̃: ac q̃ pena plectũt̃ vt merito ipsuz vsure scel⁹ omnibus inhorrescat. Et ad restitutionẽ illi obligati satisfacere se disponant vt ⁊ animaz suam liberent ⁊ diuitias sempiternas acquirãt per misericordiã dei filij iesu christi qui cum patre ⁊ spiritusancto coeternus ⁊ glorioſus sit in secula seculorum Amen.

Feria tertia post quartam dominicã in quadragesima Quid et q̃tum homo restituere teneatur. Sermo.xxxvj.

n Olite secundũ faciem iudicare sed iustum iudicium iudicate Johã.j.capᵒ. In precedentib⁹ tribus sermonibus satis sufficienter visum est quis satisfacere obligatus sit. Jam ad secundũ ⁊ tertium p̃ncipale scilicet quid ⁊ q̃tum pertractandum dirigamus sermonem. Sed attente circa hoc ꝑsideranda sunt verba dñi admonentis ⁊ dicentis: Nolite fm faciem iudicare. scilicet quid ⁊ q̃tum restituendũ sit. Sz iustum iudicium iudicate. scilicet sicut inferius est declaratum. Unde cum ambe simul iste due religiositates cõmuniter concurrãt de ambabus insimul disseramus. Ad quarum intelligentiã insinuanda est etiam regula in p̃ncipio. xxxiij. sermonis annũciata q̃ talis est. Omne damnũ qđ quis dat aut est causa efficax q̃ detur satisfacere obligatur. Ex qua regula elici potest q̃ triplex est damnum quod primo inferri solet. Primuz est damnũ spirituale. secundũ damnũ corporale. tertiũ ẽ damnũ tpale.

Articulus primus de triplici damno spirituali quod proximo solet dari.

p Rimũ damnũ quod primo inferri solet est spũale. Scõm enĩ Sco. in.iiij.di.xv.et.q.xxvij. Nullus potest in naturalibus bonis anime alteri inferre damnũ cum ipsa naturalia bona sint incorruptibilia. Sz potest homo damnificari in bonis morum vel acquisitis: cuiusmodi sunt gratie ⁊ virtutes que corrumpi valẽt vel acquirẽdis: quia per bona opera acquiri debent quorum acquisitio facile impeditur. Per peccata enim ⁊ vitia iam acquisite virtutes corrumpunt̃ ⁊ tandem vitia generantur et que debent ex bonis operib⁹ generari impediuntur. In his quoq̃ nõ potest aliquis aliquem damnificare directe. Cum enĩ gratia ⁊ virtutes non perdantur nisi per vitiosos actus: nec etiam earum acquisitio nisi p eosdem valeat impediri. Et peccatuz atq̃ vitium adeo voluntariũ est fm Augu. de vera religione q̃ si non sit volũtarie non ẽ peccatum. Nullusq̃ possit directe in actum alterius voluntatis ⁊ per ꝑsequens nec in peccatum eius: ideo ꝑsequens est q̃ nec ablatio horum bonoz quisq̃ directe facere nec etiã p ꝑsequens alium in his dãnificare valet. Indirecte autem ⁊ dispositiue potest quis aliũ damnificare scilicet inducendo eum ad vitiosos actus quibus ⁊ virtutes corrumpuntur et vitia generant̃. Q̃tum autem malum sit animas inducere ad peccandũ satis patere potest ꝑsideranti differentiam int̃ bona spiritualia corporalia atq̃ terrena. Ad hoc autẽ. vj.q.j.c. ex merito dicit. Deteriores sunt qui vitam moresq̃ bonoz corrumpunt his qui substantias aliorum prediaq̃ diripiunt et ca.q.c. sunt plurimi. Gregorius ait: Multum damna morum a damnis tpaliũ distãt. Concor. Richar. Talis autem inductio ad peccatum tripliciter potest fieri. Primo scandalizando. secũdo ad malum inducẽdo. tertio malum exemplum dando.

Q̃ tripliciter homo proximũ scandalizat. Et quomodo restituere obligatur. Capitulũ.j.

p Rimo quidez indirecte proximo infert homo spirituale damnũ eũ scandalizando. Tripliciter autem potest homo proximũ scandalizare. Primo verbo. secũdo facto. tertio signo. Primo quidem quis scandalizat̃ verbo

UVA. BHSC. IyR_032

ecclesie sctẽ que vtik iuramẽto ꝓ illi⁹ multipli-
cem necessitatẽ ⁊ vtilitatẽ: vtputa ꝓ veritate
firmãda vel declarãda ꝓ occisiõe litigiozũ et
cãrũ ꝓ amicicia ꝫhẽda ꝓ pace fiẽdavel refoꝛ
mãda: ꝓ fidelitate seruãda: ꝓ obediẽtia reco
gnoscẽda: ꝓ calũnia sopiẽda: ꝓ infamia pur
gãda ⁊ plurib⁹ alijs: ꝺ q̃b⁹ Alex. ⁊ Archĩ. tra-
ctant. Tertio q̃ꝫ ꝟba christi ⁊ iacobi sũt i aliq̃
ꝓsultoꝛia. ſ. ne ex iurãdi freq̃ntia i piuriũ de-
cidam⁹ Vñ Ecc⁹. xxiij. c. ait: Jurationi nõ aſ-
ſuecas os tuũ multi enĩ casus sũt in illa. Jhic
q̃ꝫ Aug⁹. xix. ꝫ fauſtũ circa mediũ inq̃t Q̃ ꝓ
iurare g̃ue pctñ est: iurare ãt sicut iurare ve
rũ nullũ. Longi⁹ aũt remot⁹ ẽ a falſuz iurã-
do q̃ nec iurare ꝓsuevit q̃ꝫ q̃ vex iurare. Ma
luit dñs nos nõ iurãtes nõ recedẽ a vero q̃ꝫ
verũ iurãtes aꝑopinq̃re piurio. Jtaq̃ apl̃s
in sermõib⁹ q̃s habuisse narrat nunq̃ iura-
uit ne iurãdi ꝓsuetudie in piuriũ laberetur.
Aliqñ ꝟo nesci⁹. Jn scriptur⁹ aũt vbi ẽ ꝓside
ratio ꝓpẽsoꝛ ⁊ maioꝛ: plurib⁹ loc⁹ iurasse in-
uenik ne q̃sq̃ꝫ putaret et iã verũ iurãdo pec-
care. Jhec Aug⁹. Et alibi i lib. de mẽdacio ait
Dicit dñs nõ iurare oino. ne. ſ. iurãdo ad fa-
cilitatẽ iurãdi pueniak: ⁊ ex facilitate ad ꝓsue
tudinẽ: ⁊ a ꝓsuetudie in piuriuz decidak. Et
Jsido. ij. de sum. bo. c. xxxj. Sicut mẽtiri nõ
põt q̃ nõ loq̃k: sic peierare nõ põt q̃ nõ iurat.
Cauẽda ẽ igik iuratio nec ea vtẽdũ ẽ nisi i so-
la veritate. Nõ est ꝫ dei p̃ceptũ iurare: ꝑ duz
vsum iurãdi facim⁹ piurij crimẽ incurrimus
nunq̃ꝫ g̃ iurat q̃ peierare timet.

Q̃ due sunt vniuersales ſpecies iuramentoꝝ. Capi. ij.

t Ertia aũt discretio de iuramẽto ha
benda ẽ. Distinctiõis enĩ due iu-
ramentoꝝ spẽs a doctoꝛib⁹ distin
gui solent. Prima assertoꝛium. se-
cunda pmissoꝛiũ nũcupak. Primũ aũt ptinz
ad tps p̃teritũ. scõm ꝟo respicit ad futuꝝ. As
sertoꝛiũ etiã licet sit p̃ncipalik de p̃terito sic fa
ctũ eẽ vel nõ eẽ: põt eẽ nihilomin⁹ de pũti et
de futuro. ſ. asserẽdo sic eẽ vel nõ eẽ vel iurã
do q̃ cras pluet vel ninget: ⁊ sic ꝺ alijs. Pro
missoꝛiũ aũt fit p̃prie de futuro cuz q̃s iurat
aliq̃d se daturũ vel facturũ vel dicturum seu
ecõtra. Assertoꝛij q̃ꝫ iuramẽti debita materia
est verũ ⁊ nõ falsum. Promissoꝛij ẽ bonũ ⁊ ñ
malũ. Qui igik iurat malũ obligak q̃dem ad
pctñ male iurãdo: ꝑ nõ obligak ad id q̃ ꝺ ma
le iurauit implẽdũ sicut lat⁹. j. patebit. Et in
his duab⁹ spẽb⁹ iuramẽtoꝝ oĩa iuramẽta ⁊ p̃-
iuria conduduntur.

Articulus secundus de secun do periurandi modo.

s Ecũdo ꝓsiderem⁹ iuramẽti abusi
onẽ. Septẽ enĩ sunt iuramẽta coꝛ
rupta ⁊ abusiua in q̃b⁹. ſ. dei nom̃
vitupak. Primũ ꝺz diminutũ. scõm falsum.
tertiũ coactũ. q̃rtũ fractũ. q̃ntũ incautũ. sex-
tũ dubiũ. septimũ inductũ.

Q̃z tres comites de necessitate habere debeat iuramentum. Capitulum. j.

p Rimũ ꝺz diminutũ vt enĩ integꝝ
nõ diminutũ iuramentũ fiat tres
comites hfe ꝺz. ſ. veritatẽ iudiciũ
et iusticiã. ꝺ q̃ Jhiere. iij. Jurabis viuit dñs
in veritate ⁊ in iudicio ⁊ in iusticia. extra de
iureiu. c. et si christ⁹. et. xxij. q. ij. aiadũtendũ
vbi Jhiero. ait: Aiadũtẽdũ ẽ q̃ iusiurãdũ ha-
beat hoſ comites ꝟitatẽ iudiciũ ⁊ iusticiã. Si
ista deſſerint: nequaq̃ꝫ iuramentũ erit ꝑ piu-
riũ. Alex. ꝟo de hak. seq̃ns glo. ij. interl. sup
p̃dicto ꝟbo Jhiere. ait: Veritas enĩ ꝺz eẽ in
ꝓscia iurãt⁹ vt ita eẽ credat sicut iurat vt i iu-
ramẽto assertoꝛio. Et ita facẽ ꝓponat sic iu-
rat vt i iuramẽto pmissoꝛio Justicia eẽ ꝺz ex
pte ei⁹ q̃ꝺ iurak videz vt sit licituz ⁊ honestũ
Judiciũ ꝟo eẽ ꝺz ex pte circũstantie vtriusq̃ꝫ
videlicet vt diligent⁹ attendak ⁊ cã ꝓ q̃ iurak
et modus. Si aũt deſit cã deſit iudiciũ discre
tionis i circũstãtijs iuramẽti. Jhoc ẽ q̃ iuramẽ
tũ sit verũ ꝫ falsitatẽ: cautũ ⁊ discretũ ꝫ teme
ritatẽ ⁊ leuitatẽ. Jnsup ⁊ iustũ ne sit de re il-
licita nec fiat ad ponẽdã iniq̃tatẽ. Jhoꝛ rõnez
ponit Bonauẽ. in. iij. di. xxxix. sup lfam di.
Juramẽtũ enĩ compak ad tria. Primo ad ve
ritatẽ a q̃ ꝓcedit ⁊ sic debek sibi iudiciũ. Se-
cundo ad rẽ de q̃ fit ⁊ sic debek sibi veritas vt
sit adeq̃tio sermõis ⁊ rei. Tertio ad cãm ꝓ q̃
fit ⁊ sic debek sibi iusticia vt. ſ. ꝓ cã iusta fiat.
Et q̃ oẽ iuramẽtũ hos tres hz respect⁹. Jõ
oẽ iuramẽtũ hos comites habere ꝺz. Ser-
mo enĩ nr̃ dubi⁹ ẽ. Vñ Sap̃. ix. Cogitatiões
moꝛtaliũ timide ⁊ incerte ꝓuidentie nr̃e. Jõ
vt sermo nr̃ ꝓ dinã veritatẽ ꝓfirmek indiget
comitib⁹ ipsum regẽtib⁹ ne sit dissimilis ve-
ritati. Jhec Bonauen.

Q̃z iuramẽtũ triplicite dicik esse falsum. Capitulũ. ij.

s Ecũdũ iuramẽtũ ꝺz falsum q̃ꝺ est
ꝫ primũ iuramẽti comitẽ que ẽ ve

UVA. BHSC. IyR_032

rītas. Qō q̄dē triplicit fieri ꝓtingit. Primo cū quis iurat falsum sine intētiōe fallēdi. secundo cū iurat falsum cū intētiōe fallēdi. tertio cū q̄s iurat vex cū intētiōe fallendi. Qui tres modi ponunt ab Aug. xxij. q. ij. c. hoies. Primo q̄dē est iuramētū falsum cū q̄s iurat falsum sine intētiōe fallēdi: qz ipse fallit credens dicē verū. Et tūc ſm Pe. distinguēdū est: qz si adhibuit debitā diligētiā in iuramēto assertorio tunc non est piurus: qz vt ōr in ſi. di. c. hoies. Reum lingua nō facit nisi rea mēs. Similit̄ z q̄n iuramētū est ꝓmissoriū si impleri omittit ꝓp̄t legitimū impedimentū excusat saltē a mortali: Sicut etiā accidit apostolo. ij. Lor. j. q̄ pmittēs corinthijs ad eos ire legitime impedit⁹ nō seruauit ꝓmissum. Sic etiā ſm Hosti. Si debitor creditori iurauit se incerto termio soluturū credēs se posse solue in p̄dicto termio: tādē rōnabilit̄ impedit⁹ nō p̄t: nō est piur⁹. Si aūt non adhibuit debitā diligētiā z occasionē non habuit b credēdi tūc piur⁹ est: qz defuit vnū de cōmitib⁹ iuramēti. s. iudiciū qz temē iudicauit ſm Aug. vbi. s. Ad idez. xxij. q. v. q̄ piurat. Scō ē iuramētū falsum cū q̄s iurat falsum cū intētiōe fallēdi: qz. s. falsum ē: z falsum eē putat q̄ iurat. Sicut q̄n debitor iurat solue creditori in certo termio: z tñ q̄n iurat nō credit posse solue vel nō hz cām ꝓbabilē credēdi: tūc ſm Hosti. in vtroq; cāu pcierat: qz in p̄mo deest veritas: in scō aūt iudiciū. Contra q̄ Aug⁹. vbi. s. videte q̄ ista sit detestabilis belua z de reb⁹ humanis extermianda Hic enī nō solū piur⁹ est b ad oēm satisfactionē illati dāni tenet. ex de iniur. et dā. da. c. si culpa: vbi ōr: Qui occasionē dāni dat: dānū dedisse videt. Scōm aūt Bonauē. et Rich. triplex ē iuramētū. Primū q̄ est deliberatū et solēnizatū: sicut q̄n testes iurāt sup sacrosancta euāgelia in p̄ntia iudic. Scōm q̄ est deliberatiuū b nō solēnizatū. s. q̄n q̄s iurat i occulto z iurat aliq̄d ex deliberatiōe intēdēs illud p̄ dine veritat̄ testimonium cōprobare. Tertiū aūt est q̄ nec ē deliberatū nec solēnizatū: sicut q̄n q̄s iurat i cōi sermōe nō attendens quē inuocat z ad q̄d b ex q̄dā ꝓsuetudine. Et ſm h piuriū triplicit cōmitti p̄t. Primo mō cū hō deliberat de dicto ꝓfirmādo et de iuramēto p q̄ ꝓfirmat z piurat solēniter in p̄ntia iudic: z tūc piurus nō tñ mortalit̄ z enormit̄ peccat b etiā si p tali piurio feratur ſnia diffinitiua ꝓ eū in cā accusatiōis ē infamis. vj. q. j. infamis. Et q̄ horribili⁹ ē cū tres digitos sup̄ sctā imponit oīa sua in potestate diabolī ponit. s. aiam corp⁹ z oēm substam et q̄si homagiū diabolo fac. Vñ Prou. vj. Defixisti apud exteū manū tuā. Scō fit iuramentū nec deliberatū nec solēnizatū: sic non est p̄cm mortale b veniale eo q lingua in lubrico posita ē. Tertio etiā modo fit iuramentū deliberatū b nō solēnizatū. In q̄ distinguēdū est: qz aut deliberat de dicto z de iuramēto vtrū sit dictū verū z vtrū iuramēto firmādū z tūc si peierat mortalit̄ peccat cū exp̄sse faciat ꝰ dei p̄ceptū. Leuit. xix. Nō piurabis in noīe meo. Aut deliberat de dicto tm̄ vtrū sit verū nō tū de iuramēto supaddito. Et tūc p̄t esse veniale p̄cm b gue veniale z multū appp̄inquat ad mortale z ſō oīno fugiēdum. Tertio fit iuramētū falsum cū q̄s iurat verū tñ cū intētiōe fallēdi: qz credit eē falsuz q̄ iurat. Vñ exēplificat Aug⁹. vbi. s. Pluit i illo loco interrogas aliquē z dicat pluisse z ad negociū illi⁹ cōpetit vt dicat pluit b putat non pluisse piur⁹ ē. Ad h. xxij. q. j. c. j. Ex h triplici iuramēto ſm Aug. breui⁹ ꝓcludi p̄t: qz aut est falsitas ex pte iurati tm̄: z h est p̄mū. Aut ex pte iurātis z h ē tertiū. Aut ex pte vtriusq; et h est scōm.

Qz obliget iuramentum coactum. Capitulum. iij.

Tertiū iuramētū est coactū. Unde multotiēs cadit hō in piuriū qz deficit iustitia in eo. Circa q̄ queri p̄t vtrū iuramētū coactū sit obligatoriū? Respōdet Bonauē. in. iij. di. xxxix. q hec questio nō hz locū in iuramēto assertorio: qz illō nō obligat ad aliq̄d faciēdū: b si falsum iurat h̄ obligat ad p̄cm̄ q̄tumcūq; fiat coactum: qz nulla coactiōe ē malū faciēdū. Verbi gra Si aliq̄s asserit falsum eē verū. Sz locū hz i iuramēto ꝓmissorio. Nō q̄dē illicito qz illud etiā si fieret sp̄taneū nō eēt obligatoriuz. ex eo. c. si vo. Et q met⁹ cā. c. ad audiētiā. Tñ q̄ sic iurauit p̄t ab ep̄o petē vt illū cogat absoluere a iuramēto. ex. e. c. j. Si h impetrare nō p̄t soluat z postea repetat: qz lz iurauerit soluere nō tñ iurauit nō repetē. extra. e. debitores. et in dicto. c. ad audiētiā. Qz etiā si iurauerit nō repetē tūc denūciet ecclesie ſm formā euāgelicā: vt ecclesia ad restitutionē compellat. Si vo iurauerit q̄ nō denūciaret tale iuramētū est illicitū z nō tenet nec ē seruādū extra. e. c. quēadmodū. Hec hz Inno. Ray. et Bern. Si enī iuramētū ꝓmissoriū licitum est: tūc aut talis coactio ē que i ꝓstātē virū cadere p̄t vt met⁹ mortis z seruitut̄ vel corruptionis z h in ꝑsona ꝓpria vel in libris ꝓpriis. Aut nō. Si nō: tūc dicēdū q̄ h iuramētū est

UVA. BHSC. IyR_032

obligatorijū q̄ ad iudiciū poli ⁊ q̄ ad iudiciuz fori. ſi ſic: tūc nō eſt obligatorijū q̄ ad iudiciū fori: ne q̄s de ſua malicia reportet lucrū. Sz tū ſeruādū eſt iure poli q̄ min⁹ malū eſt ſuſtinere dānū tpale q̄z fidē frāgē. Et cū voluntas nō poſſit cogi de⁹ imputat talē obligari. Dicit tū in remediū hui⁹ q̄ ſupior req̄ſit⁹ p̄t et dz aūcte canonū relaxare hm iuramētū. Si aūt querat q̄s in hm iuramēto vel i aliis habeat diſpēſare? Rūdeo ſm Tho. ij. ij. q. lxxxix. Alit enī q̄ illud qđ cadit ſub iuramēto pmiſſorio aliquādo eſt mānifeſte pctm vel maioris boni impedimētū. ⁊ tale iuramētū diſpēſati one nō indiget. Aliqñ aūt eſt dubiū an ſit licitū vel illicitū p̄ficuū vel nociuū: aut ſimpliciter aut i aliq̄ cāu. Et in hm pōt q̄libz eps diſpēſare. Aliqñ etiā pmittit ſub iuramto qđ eſt mānifeſte licitū vtile ⁊ honeſtū. Et i tali iuramēto mutatio vel diſpēſatio nō videt hr̄e locū niſi alq̄d meli⁹ occurrat faciēdū ad vtilitatem cōem. Et hm maxie ptinē videt ad ptātē pape: ſicut patet. xv. q. vj. c. aliuſ. Similit ad cū ptinē videt iuramēti abſoluta relaxatio. Mā ad vnūquēq̄z ptinet iuramētum irritare qđ a ſubdito factū eſt circa ea q̄ ſubdunt eius ptāti. Sicut p̄ pōt irritare iuramētū puelle: et vir vxoris ſi nō pōt impleri ſine p̄iudicio viri vt dr Numeri. ij. Et. xxiij. q. v. mānifeſtū Et dñs iuramētū ſerui di. liij. ſi ſeru⁹. Et ab bas mōchi. xx. q. iij. mōchū.

Q̄z quadrupliciter iuramētuz frangit. Capitul. iiij.

q Uarti eſt iuramētū fractuz. Uſi in p̄iuriū cadit q̄z deficit etiā ibi iuſticia. Qđq̄dem ptingit q̄ter fieri. Primo cū iuramētū eſt de re licita. ſcd cuz fit de re illicita. tertio cū fit de re que ꝺ ſui nafa nec ē licita nec illicita. q̄rto cū de re ptim licita et ptim illicita. Primo enī iuramtū dr fractū cū fit de eo qđ de ſui natura licet. Sicut cū q̄s iurat talē elemoſynā dare: pegrinari vel ieiunare ⁊c. tūc peccat hō mortalit̄ ſi nō ſeruet legitima cā nō obſtāte. Qui autē ex importūnitate vel impoſſibilitate trāſgrederet a pctō imunis eēt: ſicut patet extra ꝺ iureiu. c. q̄rela. v. q. j. q̄cūq̄z. Scōo fractū dr iuramētū cū fit de re illicita vt cū q̄s iurat occidē hoiez ſe vindicare ⁊ ſimilia: vel cū iurat ſe nō facturū qđ fieri dz vel de ſui natura bonū eſt ſicut dare elemoſynā ire ad eccleſiā ⁊c. vel iurat nullū feſtū cuſtodire vel nō ire ad p̄dicationē vel nō p̄cere inimicis ⁊c. Tales ipſofacto q̄ iurāt p̄iuri ſunt ⁊ ſeruādo tale iuramētū mortaliter peccāt: nec peccāt p̄riū faciēdo. Tūi Iſiō. vt habet. xxij. q. iiij. c. in malis. In malis pmiſſis reſcinde fidē ⁊ i turpi voto muta decretū Et iterū. xxij. q. iiij. c. j. ij. et. iij. ſi q̄s. Si quis iuret q̄ ſupflue comedet vel ꝺba ociosa dicet et hm ſeruat. Ad hm Hug. nōuit. xxij. q. iiij. ſi aliq̄d q̄ mortalit̄ peccat. q̄z facit ꝺ. c. illud: in malis pmiſſis reſcinde fidē ⁊c. Sz meli⁹ dicendū ſm Rodeñ. q̄z peccat venialit̄ q̄z illud c. in malis ⁊c. ſi intelligat extēdi q̄ ad venialia q̄ntū ad illa nō eſt p̄ceptū hm p̄ſiliū. Tertio dr iuramētū fractū cū iuramētū fit de re q̄ ꝺ ſui natura nec licita nec illicita ē: vt cū q̄s iurat q̄ nolit ludē p poculēto vl̄ eſculento ⁊ ſic trāſgrediēs hm iuramētū mortalit̄ peccat. In ſup ſm Tho. ij. ij. q. xcvij. nō excuſat a culpa mortali q̄ iocoſe p̄iurat q̄z nō euitat dānaz irreuerētiā: imo q̄ntū ad aliq̄d auget. Itē ſm eundē vbi. ſ. Qui ex lapſu lingue iurat ſi ad uertit ſe iurare ⁊ falſuz eē qđ iurat: a mortali nō excuſat ſicut neq̄z a dei p̄ceptu. Si autē hm nō adūtit intētionē iurādi nō videt habere. Et iō a crimīe p̄iurij excuſat. Quarto dicitur iuramētū fractū cū fit p̄tim de re licita ptim de re illicita: ſicut cuz meretrix iurat ſe ſeruare fidē ſuo leccatori: q̄z i tali iuramento ſm Bonauen. duo ſunt. ſ. vnū q̄ adherebit ſuo leccatori ⁊ hm ē malū ⁊ nō ſeruādū. Alterū ꝺo q̄ nō alteri ⁊ hm ē bonū ⁊ ſeruādū: vñ in hm frāgēdo iuramētū grauī⁹ peccat q̄z ſeruādo q̄z dū ſeruat peccat fornicādo ſ nō peierādo Sz dū adheret alteri peccat vtroq̄z mō. Et hm eſt q̄ Aug⁹. dicit q̄ meretrix q̄ iurat ſe ſeruaturā fidē leccatori: mala eſt ei adherendo ſed peiōr fidem non ſeruando.

Q̄z tripliciter fit incautum iuramentum. Cap. v.

q Uintū eſt iuramētū incautuz: qđ tō in p̄iuriū vergit: q̄z deficit ibi iudiciū cū ſepe vergat in exitū malū vel i exitū min⁹ bonū. Circa qđ dicendū ſm Bonauē. in. iij. di. xxxix. Q̄z triplicit iuramtū dr incautū eē. Primo cū iurat aliq̄d quod ſimplicit vergit in detrimētū ſalutis: vt cum q̄s iurat aliq̄d ſe facturū qđ obſeruatuz in ſe includit mortale pctm. Et iſto mō iuramētū nō eſt licitū nec obligatorijū: imo q̄ ipſum obſeruat peccat. xxij. q. iiij. c. j. ij. et. iij. ⁊. c. ſi aliq̄d. vbi dr: Si aliq̄d forte nos incauti⁹ iurare p̄tigerit qđ obſeruatū peiōrē vergat i exitum: libere illud ſalubriori p̄ſilio mutādū noueri⁹ ac magi inſtāte neceſſitate peierāduz nob q̄ntū p virādo p̄iurio i aliud crimē grauī⁹ eē diūtēdū. Scōo mō dr incautū iuramentū cū q̄s iurat aliq̄d qđ vergit i ſalutis ſue diſpē

UVA. BHSC. IyR_032

diū ꝛ pfectiōis impedimētū: vtputa cū ꝗs iurat se nunq̄ntraturū religionē vel q̄ nō fiet cleric⁹ ꝛc. Jn ꝗ cāu peccat ꝗdem iurādo qꝛ ponit obicē spūālctō: tū ipsuz obseruādo nō est pctū: multo tū meli⁹ ē nō implē. Mā que mala sunt vel maiozis boni impeditiua: sub iuramēto cadē nō pūt. Tertio mō ðꝛ incautū iuramētū cū ꝗs iurat aliq̄d i oēz euētū q̄ vno cāu ꝓtingēte vergit i salutis dispēdiū et alio in pfectū: vt cū ꝗs iurat se nunq̄ prelati onē recepturū. Et tūc i illo cāu in ꝗ vergit in salutis dispēdiū: puta si bona pſona ē sibi et alijs: isto mō illicitū est ꝛ nō obligatoziū. Si aūt vergit i salutis pfectū qꝛ ē pſona inutilis tūc licitū est ꝛ obligatoziū. Hmōi generl fuit iuramētū herodis Mat. xiiij. ꝗ puelle iurauit se daturū q̄ postulasset. Poterat eniz a ꝓncipio eē licitū intellecta debita ꝓditiōe. s. si peteret q̄ dare liceret. Sz impletio iuramēti oīno illicita fuit. xxij. q. iiij. ℈ officiū. Concoꝛ. cum illo Tho.

Qꝛ tripliciter piuriū vertitur dubium iuramentū. Cap̄. vj.

s Extū est iuramētū dubiū: in ꝗ etiam sepe ꝓtingit eē piuriū: qꝛ defficit ibi iudiciū. Ob ꝗdē intuenit cū ꝗs iurat de ꝗ dubitat ac si verū sit Et ꝟ triplicit ꝓtingē pōt. Primo cū ꝗs iurat esse vex q̄ dubitat ꝛ ex deliberatiōe ꝟ facit et ex ꝓposito. Et ꝟ ꝗdē mortale ē: qꝛ ꝟz Sco. Asserē verū eē q̄ hō dubitat mēdacium est Sz ꝟ supaddit iuramētū. Mā ſm mgr̄i diffinitionē in. iij. sen. Periuriū est mēdaciū iuramēto firmatū. Sc̄o cū ꝗs iurat dubiū solennit i ꝓspectu iudicis: ꝛ gui⁹ē mortale. Tertio cū ꝗs iurat incaute ꝛ ex iocosa leuitate: et tūc si ex ꝓsuetudie mala ꝟ facit: mortale ē: qꝛ nō euitat irreuerētiā dei. Si aūt nō ex ꝓsuetudine: tūc ē venīale.

Qñti piculi sit alijs ad piurādum dare occasionē. Ca. vij.

s Eptimū ðꝛ piuriū occasionatū. s. cū ꝗs inducit ꝛ occasionē dat ꝓximo piurandi. De ꝗ distingue ſm Bonauē. i. iij. di. xxix. Et Tho. ij. ij. q. xcviij. q̄ ꝟ triplicit p̄t fieri. Primo qñ pſona ꝓuata nō publica recipit sacm ꝛ ꝟ facit qꝛ nescit ꝟ dubitat de veritate. Et sic ſm Aug. nō peccat ꝟ tñ hūana tēptatio ē: ꝟ eni ex infirmitate nature hūane ꝓcedit. xxij. q. v. ꝗ exigit. Sc̄o qñ scit vel ꝓbabiliter credit eū falsum iuraturū ꝛ cogit iurare: homicida est. Mā ſm Aug. xxij. q. v. c. ꝗ exigit, dicitur infra Ille eni suo piurio se intemit ꝟ ille manū interficiētis ꝛ ꝑsilit ꝛ impſsit. Et. xxij. q. v. Ille: apti⁹ declarās ait: Ille ꝗ hoiem ꝓuocat ad iurationē ꝛ scit eū falsum eē iuraturū: vtcit homicidā qꝛ homicida corp⁹ occisur⁹ ē ille aiam: imo duas aias ꝛ ei⁹ quē iurare ꝓuocat ꝛ suā. Scis eē verū q̄ dicis ꝛ falsum q̄ ille dicit ꝛ iurare cōpellis. Ecce iurat ecce piurat: tu ꝗd inueniſti: imo ꝛ tu ꝓpſti ꝗ de illius morte satiari voluisti. Tertio mō qñ exigit iuramētū tanq̄ pſona publica ſm q̄ exigit iuris ordo. Talis eni nō videt eē in culpa: si ue sciat eē verū q̄ iurat siue falsum qꝛ nō videt ipse exigē ꝟ pot⁹ ille ad cui⁹ instātiā exigit iuramētū. Si tñ eēt pſona publica. s. vt ꝓuata vel ℈ ordinē iuris exigēt iuramētū graiter peccaret. ar. ad ꝟ. xxij. q. v. c. ille ꝗ. Sz ꝗd de illo ꝗ audit aliq̄ falsū iurātē ꝛ scit et tacet: videt eni q̄ peccet. Primo qꝛ Leuit. v. scrip. ē. Alia ꝗ audierit aiam iurātis falsuz testiſq̄ fuerit q̄ aut ipse viderit aut ꝓsci⁹ ē nisi indicauerit portabit iniq̄tatē suaz. Sc̄o qꝛ ðꝛ. lxxxvj. di. faciētis. Mō caret scrupulo cōsensiōis occulte ꝗ mānifesto facinoꝛi ðsinit obuiare. At ecōtra peccare videt mānifestando. Primo qꝛ ſm Aug. ij. q. j. si peccauerit. Qui crimē occultū pādit nō erroꝛē coꝛrigit ꝟ prodit. Sc̄o qꝛ si ꝓdiderit eū forte ille puniet i corpe vel occidet a iudice vel etiā a parētibus illi⁹ ℈ quē piurate volebat: vl etiā ille ꝓditoꝛ piculū mortis defacili incurrē possz. Dicēdū q̄ hāc q̄stionē dicit Aug⁹. eē valde difficilē et ꝑplexā. Nihilomin⁹ sic eā soluit di. q̄ ex quo moyses in ꝑdicta aucte leuit. nō exp̄ssit pſonā cui ꝟ indicandū eēt: sufficit illi vt se absoluat ab ꝟ pcti vinculo: si indicet talib⁹ ꝗ magis possent ꝓdesse piuro q̄ obeē siue eū coꝛrigēdo siue deū ꝓ eo placādo vt sunt sacerdotes vel discreti ꝛ honesti parētes.

Articulus. iij. de triplici punitione qua puniunt periuri.

t Ertio ꝓncipalit ꝓsiderem⁹ periuri punitionē. Triplici nāq̄ punitione puniunt piuri. Primo punitione spūali. sc̄o punitiōe tpali. tertio punitione eternali.

De triplici spūali pena qua p iuri puniunt. Cap̄. j.

p Rimo nāq̄ puniunt punitiōe spirituali. Triplici nāq̄ pena spūali plectunt piuri. Prima pena ē odium dei. Ps Zach. viij. c. Juramētū mēdax ne diligatis ꝟ eni odit ðs. Josue q̄z. c. ix. Me cōtra nos ira dñi ꝓcitet si piurauerimus cis.

UVA. BHSC. IyR_032

Scda pēa ē derelictio i mālu diaboli. Est eni nom dñi refugiū oīb⁹ iuocātib⁹: sic Joel. ij. scri. ē. Dis q̄cūq; iuocauerit nom dñi salu⁹ erit. Et itez p̄ ait Prouerb. cap. xviij. Turri fortissima nome meū. Prou. cp. xviij. Turri l fortissima nome dñi ad ipsum recurrit iust⁹ z exaltabitur. Hinc ē q̄ plur⁹ i noie dñi piurās: iusto dei iudicio diuina ꝓtectiōe p̄uat⁹ in diaboli relinq̄t ptāte. Tertia pēa ē ruina pcti. Ūñ Eccl. xxij. Vir multū iurās replebit iniq̄tate. Expiētia certa didicisti tria maxie eē viroz bonoz sīg scz ꝟbū blasphēie i nullo cāu ꝓferre.: ꝟbū sine mēdacio: z assertio sine iuramēto nisi vrgēte necitate sicut p̄dictuz ē. At ecōtra q̄ h̄ soleti cura si vitat: necē ē vt sine culpabili vita nō trāseat. teste dño q̄ Mat. xiij. c. ait: Bonus hō ō bono thesauro cordis sui ꝓfert bona: z malus hō ō malo thesauro cordis sui ꝓfert mala. Jō Eccl⁹. xxiij. c. ait: Juratiōi ñ assuescas os tuū. Sūt. n. multi casus i illa. s. potissime piuriū qō facile inde seq̄t. Sic accidit ō bubulco summo māe cōedēte pira: q̄ introgat⁹ si reficiebat ita tēpestiue aiaz cū p̄ nr̄ sic corp⁹ cū piris. Jurādo rñdit p euāgeliū iurās. Ego nescio p̄ nr̄. Et repbēsus ō iuramto iurabat q̄ ñ iurabat: itez atq; itez redargut⁹ ō iureiurādo sp̄āpli⁹ iurabat se ñ iurare nē p scissuras pāis ab eis fract⁹ emisit: aialia domestica z int hoies assueta mugiētia z miserabilit vlulātia ad mōtana z siluas fugerūt pūsationē hoiuz q̄dāmō abhorrētia. Canes cū latratib⁹ lachrymosis h̄ idē faciētes quēadmodū lupi p siluestria oberrabāt. Dicti āt pl̄i pditores dño iudicio suo cū imperore alucio z pōpeyo: oēs i cāpo victi z occisi sunt excepti q̄ttuor milib⁹ q̄ accumulati ad iuguz et altū mōtl pfugiētes dei iudiciū nō euasert Mā ad modū lapidis pgelati z imobiles facti ita obriguerūt q̄ erecti stātes videbant vi ui dentib⁹ z ocul⁹ ab eis decidētib⁹ sup terrā vt verificet qō Sap̄. v. scrip. ē. Pugbit cū illo orb̄ terrarū p̄ insensatos. Legit etiā de q̄dā vsurario q̄ in fine pnia duct⁹ vocauit duos amicos suos: rogās q̄ eēnt sui fideles et veloces executores ab eis exigēs iuramētū q̄ illi de suo restituerēt q̄cq̄d ille habuisset de iniusto lucro. q̄ iurātes z iuramētū terribili i p̄catiōe faciētes dinū iudiciū sup se inuocauerūt dicēte vno: q̄ nisi h̄ adipleret gehēnali ig ne succēdēt. Alio vo subdēte q̄ nisi fidē promissaz seruaret q̄ irremediabili lep̄ cruciare tur. Cū aūt eo mortuo pecuniā retineret nec vt iurauerāt obseruarēt: veluti sibi impcati sunt dino iudicio pcussi miserabilit perierūt

De triplici foro i quo puniuntur periuri. Capitulū. ij.

Secūdo puniunt piuri p̄ūitiōe tpali. Et h̄ i triplici foro Primo i foro pnia li. Mā pēa piurij ē velut pēa homicide. xxij. q. iij. int cetera. Iz circūspecti circūstātijs magis vel min⁹ aspa sit pnia imponēda. Scdo in foro iudiciali. Mā fm iura piuri sunt infames. vj. q. j. q̄cūq;. Nec pmittūt ad ordines ascēdē sic ibidē p̄z. Nec admittūt ad testioni um. vj. q. j. q̄cūq;. xxij. q. v. puuli. Nō obstāte q̄ egerint pniaz. ex de testi. testioniū. et de p̄sump. c. lras. Tertio i foro dinali. Ūñ Zacha. v. Leuaui oculos meos z vidi: z ecce volume volās. Et dixit ad me: Quid tu vides: Et dixi: Ego video volumē volās lōgitudo ei⁹. xx. cubitoz z latitudo ei⁹. x. cubitoz. Et dixit ad me: Hec ē maledictio q̄ egredief super oēz faciē terre: qz ois fur sic ibi scriptum est iudicabit. Et ducā illū dic dñs exercituz et veniet ad domū furl z ad domū iurātl in noie meo mēdacit. Et cōmorabit i medio domus ei⁹ z p̄sumet eā z ligna ei⁹ z lapides ei⁹. Refert Horos⁹ li. v. q̄ cū rhomani misissent legatos ad diūsas gētes q̄s ibi denoiat ipos q̄z recepissent i pace z data fide firmassent pace: subita seditiōe z pditiōe irruētes i eos in suis ciuitatib⁹ occiderūt. Factū est āt i piurij detestatiōē z ppt fidei violatiōē q̄ sangui

Qz eterna pena piuri puniunt a deo. Capitulum. iij.

Tertio puniunt piuri p̄ūitiōe etnali. Hinc Ezech. xvij. Ꝺ piuriuz dñs ait: Juramētū qō sprezuit ponā sup caput ei⁹. s. cū in hora mortl ex piurio etnis supplicijs et mālfestissimis signis dānabo eū. In cui⁹ exemplū in historia karoli magni li. j. c. j. scri. ē q̄ cū karolus hospitat⁹ eēt apud balenā pce dens ad impugnādū saracenos: Quidā miles noie romerit⁹ reliq̄t bonefidei cōmissariū p̄sanguineū suū sub p̄stito iuramēto suumq; equū dimisit illi clericl z paupib⁹ dispēsandū cui⁹ p̄ciū cētū librarū erat. Cumq; ita pmississet se esse facturū z eo iā mortuo nihil egisset: p⁹ dies. xxx. aparēs ei p̄sanguineum increpauit q̄ dictā pecuniā sic iurauerat nō erogassz asserēs q̄ ppt ꝟ p. xxx. dies steterat i tormētl. Insup scito inq̄t q̄ cras videtib⁹ cūctl q̄ tecuz erūt a demōib⁹ rapierl: ego āt ad celestia euolabo. Cū aūt māe tot⁹ terri tus visa z audita retulisz sup se in aere cepit audire leonū rugit⁹ z lupoz aliozūq; aialiuz et ferarū multiplices vlulat⁹: statiq; rapt⁹ de medio socioz p dies q̄ttuor req̄sit⁹ nusq; inuent⁹ ē. Ip⁹ diel octo iter facīte exercitu per terrā naūnie extinct⁹ z p̄cipitat⁹ ē de supcilio mōtis iux scrīn facūdū rept⁹ ē. Adcrito ḡ phi

UVA. BHSC. IyR_032

Fe.v.p⁹ dñicã in passione de malis ex vani.

ber dñs i verbo ꝓposito ꝓiuriũ ꝓpetrari atz iuramẽtũ etiã vex leuit freq̃ntari cum ex tali freq̃ntatiõe ꝓiuriũ sepi⁹ cõmittatur ac demũ tot duri pũitiõib⁹ a iusto iudice puniant. A q̃ bus oĩb⁹ nos eripiat misericordia dulcissimi saluatoris: q̃ cũ pr̃e z spũsctõ viuit z regt i secula seculoz Amen.

Feria.v.p⁹ dñicã in passiõe de multitudie malox que ex vanitatib⁹ subsequunt. Ser.xlvj.

Emittuntur ei

r pctã mlta: qm̃ dilexit multum. Lu.vij. Male siq̃dez ẽ vt ad q̃ mẽs hũana p dilectionẽ reflectit siue terrena siue dina: p eadẽ multiplicet merita seu culpas atz dilectiõis radice remota: illi⁹ etiã remoueant effect⁹: imo si ab vno dilectiõis extremo ad oppositũ deducat extremitat suc generat fructũ. sic̃ de trãsitu boni ad malũ testat apls ad hcb. vj. d. Impossibile. i. difficilimũ est eni eos q̃ semel sũt illuminati: gustauerũt etiã donũ celeste z pticipes facti sũt spũscti: gustauerũt nihilomin⁹ bonuz dei vbũ virtutesq̃ vẽtura seculi z plapsi sũt scz i graue scelus: rursus renouari ad pniaz At ecõtra si a mũdana dilectiõe fiat verus et magnim⁹ trãsit⁹ ad dina miro inebriat amore. Teste apl̃o q̃ ad Rho.c.v. inqt: Vbi abũdauit delictũ supabũdauit z gra. Hoc ãt euenisse i maria mag. euãgelij hodierni testat hystoria: z idẽ p vbũ ia ppositũ demõstrat cũ dñs de illa ait: Remittunt ei pec. mul. q̃. dix. mul. Que nã fuerit illi⁹ pctã multa ex multa dilectiõe dimissa: nisi curiositates superbe superflue vãitates q̃b⁹ p malũ exẽplũ z pluriũ corruptelã mlta ppetrauerat mala. Ingrãt siq̃dẽ multi sicut ꝓus fecerat illa impietates innumerabiles q̃ ex his sequunt. Ingrãt ppterea pẽitẽ. Ex q̃b⁹ necessariũ est q̃ eoz igrent mlam ꝓseq̃ delictoz. Et i h̃ merito oñdit. vj. religiositas q̃ oz ruinata q̃ ex talium igrãtia grossa hodiernis tpib⁹ heu pene tota christi anitas i dãnatiõis baratrũ ruit. Propterea ad dñm ppba ps. xxx. ait: Odisti obseruantes vanitates supuacue. Od etiã pot h̃ poni p themate. Et hz supi⁹ dictũ sit q̃s curiositates z vãitates ac superfluitates dñs odit: nihilomin⁹ oñdam⁹ ad pñs mala ppt q̃ talia dñs odio hz. vt visis vãitatũ odibilib⁹ mal exẽplo sctissime magdalene amor van⁹ atq̃ vacuus in dilectiõis pctu dinẽ ꝓũrat. Tria vtiq̃ sũt malox genera q̃ ex vãitatib⁹ z superfluitatibus seq̃ solẽt. ex q̃b⁹ ꝫ eos tale dei odiũ generat. Prima sũt mala pticlaria. scda sũt mala spũalia. tertia sũt mala generalia.

Articulus. j. de quattuor primis generib⁹ hoiuz qui dãnãt ex vanitatibus mulierũ.

p Rima q̃dẽ mala ppt que vãitates mulierũ dñs odit sũt mala pticularia. Particlarit eni ex hmõi vãitatib⁹ q̃ttuor hoiuz genera varijs suscipiũt detrimẽtũ. Primi sũt parẽtes. scdi sũt pmuges. tertij artifices. q̃rti adiutrices.

Qz mutipliciter dãnãt parẽtes ex vanitatib⁹ filiarũ. Cap. j.

Primo inq̃z tal vãitas atq̃ alie mulierũ superfluitates nocẽt parẽtib⁹. s. vtẽtiũ illi. Et vt a mrib⁹ sumam⁹ exordium: q̃t crimia ppetras o mr infelix vt filia tua placeat aspiciẽtib⁹ cũctis: q̃zta solertia inuigilas vt vltra illa formosa q̃ filie tue natura cõcessit alia tua industria supaddas: qõq̃ igras ꝓsul in hac arte ptas: mira sagacitate i illa resecãs q̃ nature vitio superflua eẽ videt atq̃ industria stupẽda resartiẽs nature defect⁹. Nã nimia macilẽcia tenuẽ puellã trahis i grossitiem: in macrã pinguẽ: in rectã adũsa ꝓtiõe diligis: curuã hũeros demissos extollis deprimisq̃ supbos: distrahis collũ remissuz: lẽtigines vult⁹ z macias oculoz atq̃ alios corpales defect⁹ galieno nec hypocrate vocato ad formositatẽ decoras: doces illã ornare caput: pingẽ vultũ: cõponẽ gressuz: nouitates in vestib⁹ iuẽire: choreas ducẽ: z amorosas canẽ cãtilenas. Quid multi imoror. Tuipsa ad tuã filiã in oi mũdi vãitate es docta mgra et ꝺ pulchritudie ei⁹ aie nihil curas. O demẽtia ꝓsumata. Sz te o pr̃ te inq̃z alloq̃r: q̃zta affectiõe ditari: q̃t furti vsuri rapinis z alijs impijs lucri satagi subaz cumlare vt filias oi vanitate z sũptib⁹ plẽas nuptui tradas vt ample dotẽt vt alte locẽt. Sz q̃ neq⁹ ẽ in parẽtibus. Si filiã suã maritãt: mime pẽsant sivsurario tradãt seu raptori: ꝫ i h̃ trimmõ student vt diuiti det vt ornatiorẽ atz gliosiorẽ videant illã. O parẽtes demẽtes iã ppt filias ad interitũ dãnatiõis ẽne currẽtes atz illas vobiscũ trahẽtes. O gẽitores carnis z pẽptoes aiaz vraz atz illaz. Audite Jo. Chryſ. i ser. ꝺ filijs zebedei vbi ꝺ mr illoz ait: Mo sentiebat illa sic̃ ceteẽ mulieres q̃ corp⁹ natoz suoz amãt: aiaz ãt ptẽnũt. Desiderãt eni illos valere i seclo isto z ñ curãt q̃d sint passuri i alio. Alij militias filijs puidẽt: alij honores: z nemo filijs puidet deũ. Perditionẽ illoz cum magꝝ ꝑcio cõpant. z salutẽ illi nec dono accipe volũt. Si eni viderit illos paupes: tristant z

UVA. BHSC. IyR_032

ſuſpirāt: ſi āt viderit illos peccātes: nemo tri
ſtat vt oſidāt qz copoꝝ ſūt parētes ñ aiaruz.
Hec ille. Imo ſi caſu mr̄ ꝓſpexēit filiam cui
marit⁹ vel ꝓſcia duct⁹ vel pauptate artat⁹ ſeu
ex modeſtia moderat⁹ ñ ſatiſfecēit pōpl ñ ſe
euiſcerauerit i ꝓcurādis vanis: de pace oriē
guerra: nunq̄ ceſſabit pug̃ niſi infelix iuue-
nis ſatiſfecerit ſue ꝓuglmr̄i. O parētū ad fi
lios imoderat⁹ amoꝝ: ꝙt parētel ꝑcipitas i in
fernum.

Qz tripliciter nocēt maritis vanitates vxoꝝ ſuarū. Cap. ij.

Ecūdo nocēt ꝫ mulieres cū vāitati-
s bus ſuis ꝓpꝛijs virl. Et ꝫ i oīb⁹ bo-
nis. ſ. i bōis aie: i bōis vite: i bōis tpal ſube.
Primo nocēt ill⁹ in bōis aie eo q ſuis delitijs
imo ſuis demencijs atq̄ fucatiōib⁹ vanis ad
adulterinū amoꝛē ꝓhētes illos ſpūaliē inter
imūt. Unde Hiero. xxxij. q. iij. c. origo. ſic
ait: Origo q̄dē amoris erat hōeſta: ꝑ magni
tudo deformis. Nihil āt intereſt ex q̄ hōeſta cā
q̄s inſaniat. Uñ z ſext⁹ i ſentētijs. Adulē ē in
q̄t i ſuā amator ardētior: in aliena q̄ppeꝛoꝛe
ois amoꝛ turpl ē in ſua nimi⁹. Et ſeq̄t: Nihil
ē fedi⁹ q̄z vxoꝛē amare q̄ſi adulterā. Hec Hie
ro. Sz ad hūc amoꝛē ꝑcipitāt ſupfluevāitatel
Quot etā viri ꝓpē vxoꝛes ſuas vt illis ſatiſfa
ciāt i pōpl z vāitatib⁹ ſuis p vſural rapial atz
alia iuſta luc̄ ꝑcipitāt aias ꝓpas i infernum
Scōo nocēt maritl ſuis i bōis vite. ſ. coꝛpal:
plericq̄ nāq̄ ꝓpē inoꝛdiatū amoꝛem ad ſuas
vxoꝛes eo q ſint imoderata vāitate laſciue ḡ
uiē infirmāt: imo q̄dā ꝓpē illas amētes fiunt
Eſi. ij. Eſdras. c. iiij. ait: Adulti demētes fa-
cti ſūt ꝓpē vxoꝛes ſuas. Tertio nocēt maritis
i bōis ſube tpal. Adir nāq̄ vana z vaga i oꝛ-
namētl z pōpl: lupa famelica inſatiabiliē: mr̄
tis p̄cioſis vtiē ad oꝛnatū: cūq̄ nāliē tal mr̄ti-
uola ſit vel iuēit vāitates vel vtiē adiuētis et
ſuba q̄ in mercācijs z artib⁹ atz poſſeſſiōib⁹ z
alijs negocijs poſſz eē lucroſa tāq̄ inutilis z
moꝛtua: imo cū mag̃ detrimēto ſeruaē: imo
deſtruiē ſic̄. j. ptēbit. Ex p̄dict igiē pz: q̄z fru
ſtrata ſit i talib⁹ vxoꝛib⁹ vāis intētio dei. Ait
enī dñs Ecū. ij. c. cū hoib⁹ iā formaſſz. Non
eſt bonū hoiez eē ſolū faciam⁹ ei adiutoꝛiū ſi
mile ſibi. In adiutoꝛiū inq̄r. ſ. ſpūale: coꝛpa-
le z tpale. Sz diabolus talē p vāitates defoꝛ-
mat ad viri detrimētū in oibus illis.

Qz artifices vāitatū multipliciter peccant. Cap. iij.

Ertio nocēt tales mulieres vāitatib⁹
t ſuis artifib⁹ laboꝛātib⁹ illas. Eſt. n.
in ſac theologia z i iure canonico regla gene
ralis: q oē dānū qđ q̄s ꝓrio ſuo facit aut cā
efficax ē q fiat: ſatiſfacē obligaē. In q̄ regula
nō q dicit q oē dānū qđ q̄s ꝓrio ſuo facit ſi-
ue ſpūale ſiue coꝛpale ſiue tpale ſit illud. Hā
ſi hō obligaē ſatiſfacē tpale dānū q̄to āpliꝰ
ſpūale: Sic̄ apte ꝓbat Sco. i. iiij. di. xv. q. ij.
Ipſa q̄z rō apte ōmōſtrat. z. vj. q. j. c. ſūt plu
rimi. māifeſte ꝓbaē vbi oꝛ: Adultū dāna mo
rū a dānis rer̄ tpaliū diſtāt. et. c. ex merito.
ite r ſcri. c̄. Deteriores ſūt q vitā moꝛeſq̄ bo-
noꝝ p̄uis moꝛib⁹ coꝛrūpūt q̄z q ſubas alioꝝ
ꝑdiaq̄ diripiūt. Subdiē q̄z in regla: q q effi-
caꝛ cā eſt q dānū qōlibet ꝑdictū fiat ſatiſfacē
obligaē. Efficaꝛ āt cā tūc merito nūcupaē cū
ſine illa nō fiebat id malū nec dabaē illud dā
nuz. Ex q̄b⁹ apte patz q q efficacē dat aiaz p
diuonē: tot moꝛtib⁹ dign⁹ ē q̄t aiab⁹ ꝑditiōis
efficacē cām p̄ſtat. Preſtāt. n. efficacē cāz mu
lierib⁹ i vāitatib⁹ ſuis: eaꝝ vanitates z vana
opa faciēteſ vel vēdēteſ vl quōlibz alienātes
Sic̄ ſūt q faciūt p mr̄ierib⁹ gloꝛneꝛl vl magz
frapas aut caudas vel manicas nimis ma-
gnas: rachamaturas vanaſ: maghagnoneſ
magz ſeu veſicaſ: altos trāpalos vel capillof
moꝛtuos vēdūt: aut ad faciē dealbādā vl co
lorādā aut decoꝛādā aliq̄d ꝓfidūt: z oiuz ꝓſi-
miliū opatoꝛes z quōcūq̄ alienatoꝛes. Sed
maxie talū z ꝓſimiliū inuētoꝛes: ꝙꝝ oiuz in-
explicabiliē multitudo. Pro q̄b⁹ oīb⁹ dāt do
ctoꝛes regulā generalē: Qz q̄cūq̄ talia facit
vel quōcūq̄ alienat tradēdo illa alicui quem
credit talib⁹ abuſurū: ſp moꝛtaliē peccat atq̄
reē oiuz maloꝝ q̄ inde ſequunē: qz vt. ē. di-
ctū eſt. Qui occaſionē dāni dat: dā. de. vi. cē
ō iniuſ. et dam. da. c. ſi culpa. §. ſane. Ex his
igiē pz q q mr̄ ſic̄ recipit efficacē cāz a p̄dictis:
ſic efficaꝛ cā ē ꝑditiōis oiuz q faciūt aut ven-
dūt aut aliē alienāt q̄b⁹ vtiē in vāitatib⁹: de q̄
bus q̄ſi nihil dicim⁹ ꝫ prudētib⁹ mētib⁹ reli-
q̄mus multa ꝓſimilia cogitāda atz ad p̄dictā
reg ulam deducēda.

Qz adiuuātes hmōi mulieres eaꝝ culpaꝝ ꝓticipeſ fiūt. Ca. iiij

Uarto nocēt tales mulieres adiutri
q cib⁹ ſuis ſic̄ z ipſe eis dū efficacē cām
p̄ſtāt illis i vāitatib⁹ eoꝝdē. Sic̄ ſūt
ille q̄ fucāt vel vanc oꝛnāt aliaſ mulieres ſeu
docēt illas ſe fucare aut vāitates iuenire vel
imitari. Sic̄ ſolēt eē ſoꝛoꝛes aut ꝓpinq̄ ſocie
vel vicine aut q̄cūq̄ ſint alie. Ratio huiuſ ex
precedentibus patet.

Articulus. ij. de alijs quattuoꝛ generibus quibus nocēt mulieres cū vāitatib⁹ ſuis. ꝙ 4

UVA. BHSC. IyR_032

Ecūda ꝓncipalia mala ꝓpt̄ q̄ odit
s dñs vāitates sūt mala spālia. Ho
cēt eni alīj q̄ttuoꝝ generibᵒ hoiuz
ꝓmo sociātibᵒ. scdo iuuēibᵒ. tertō
mlīeribᵒ. q̄rto creditoꝛibᵒ idigētibᵒ t̄ duoꝛati

De pctō associantiū mulieres vanas. Capitulum .j.

p Rimo inq̄ nocent tales mulieꝛ abu
sus sociātibᵒ illas qz iuicē sūt sibi cā
culpe hmōi: sīc sūt illi vel illi q̄ sociāt illas ad
spectacla ꝛ ad lasciuias solēnitates ꝛ festa et
ad ꝓsilia vbi ñ tm̄ peccāt mlīes p̄dicte vane ß
sīc apte pz ex iā dict̄ ꝛ magl etiā ptēbit ex dicē
dis: culpabiles sūt oiuz maloꝝ q̄ ꝓcedūt ex
vāitatibᵒ suis hi associātes: qz furāt dño mlī
titudinē aiaꝝ. s. ꝓcupiscētiū illas vel q̄ scāda
lizāt ex illī. Ad ß pnitiosa furta ppetrāda atz
faciēda cū mlīere vana curīt oēs illā ad talia
associātes: ppt̄ea ad q̄libz ciᵒ sociā ait ppha
Si videbas furē currebas cū eo ꝛ cū adulte
ris. s. ꝓcupiscētibᵒ illā poꝛtionē tuā pōebas. i.
pticipē te reddebas. Scdz. n. oēs theol. ꝛ iu
ris. q̄ ad furāds rē tpalē sociat furē absq̄ q̄ so
cietate fur ñ cōmisisz furtū: nō tm̄ pticipes ē
pcti. vexetiā si ille q̄ fec furtū ñ satisfeceīt illū
associās satisfacē obligat iux regl̄az p̄dictam
Qui occa. dā. rē. Q̄ꝛtomagl q̄ sociat furē spi
ritualē vñ tāta mala sequūt sīc. j. ptēbit. Nec
obstat si q̄s obꝯciat d. Nō socio illā cū intēti
one qz pᵒ q̄ intelligl q̄ si ñ sociaēs eaz nec illa
illuc pgeret. nec tātoꝝ maloꝝ cā foꝛet: tu as
sociās illā vti p̄dictū ē efficax cā es tātoꝝ ma
loꝝ. Si āt sine te siue cū altera societate iret:
culpa eēt tūc ñ tua ß sua ꝛ sociātiū illā. Ex his
igīt pz q̄ talī mlīr secū trahit ad iferos oēs su
as vāitates faciētes eaz i vāitatibᵒ adiuuātes
atq̄ sociātes. O mlīeres spūales filiaꝝ ꝓpas
siue alias vanas associātes: nōte ꝛba: signate
mysteria: atq̄ex b̄ etna supplicia expectate.

Q̄ hmōi vāitates sunt hoium fragiliū incētiuū. Ca. ij.

s Ecūdo spālit nocēt iuuēibᵒ ꝛ oībᵒ q̄
cūq̄ ꝓpt̄ tales vāitates i eaꝝ ꝓcupi
scētiā inardescūt. Vñ Hiero. Gladiᵒ igneᵒ est
spēs mulieꝛ: de q̄ gladio ꝓuō. v. scri. c. Fa
uus distillās labia mētricis ꝛ nitidiᵒ oleo gutt
eiᵒ: nouissima āt eiᵒ amara q̄si absinthium ꝛ
acuta lingua eiᵒ q̄si gladiᵒ biceps. Biceps āt
gladiᵒ dicta ē qz intimit scīpaz mlīrē ꝛ iuue
nē seu qz occidit coꝛpᵒ ꝛ aiaz. Et Amb. i li. de
cayn ꝛ abel: itex ō tali muliere mētricia vani
tate oꝛnata sic ait: Illa mētricio pcax motu ꝛ
fracto p delitias incessu nutātibᵒ oculᵒ ꝛ ludē
tibᵒ iaculās palpebꝛis retia poꝛtat q̄bᵒ pcio
sas iuuenū aias capit. Oculus. n. mētricis est
laqueᵒ pctoꝛis. Quēcūq̄ sensu dubio puer
tentē in āgulo trāsitᵒ domᵒ sue sermōibᵒ ad
urit grosꝝ facies iuuenū violare coꝛda. domi
nqeta i plateis vaga oculᵒ p̄diga: pudoꝛe vīl
amictu diues genis picta. Eteni qz vex de
coꝛē hre ñ pt adulterinis fucī affectate pulcri
tudis lenocinat aspectuz ñ veritatē. Hec ille
Et itex Aug. In mulieribᵒ tātᵒ ē apaꝛatᵒ et
pōpa vestiū: tā subtilᵒ ꝛ inexcogitata tricatu
ra criniū: tā mirabilᵒ varietas oꝛnatuū vt incē
tiuū ꝓcupie hauriāt decepti oculi inspiciētiū
si ue intuctiū. Itaq̄ dolosi ꝛ astuti subaspe
ctus eaꝝ tā fraudulēti ꝛ fallaces sūt incessus
eaꝝ vt mēbꝛa q̄ castitati seruire debuerāt: in
cestᵒ piculū videaīt ꝓiurasse. Hec ille. Sepe
nāq̄ iuuēis simplici intētiōe eccleſiā adit vel
alīt gdīt itinē suo: ß vt ōꝛ ꝓuō. vij. Ecce mu
lier occurrit illi i oꝛnatu mētricio: p̄pata ad
capiēdas aias. Propt̄ea tibi adoleſcēti Eccī.
ix. dictū ē. Aūte faciē tuā a muliere cōpta. Et
itex i. e. c. Ne respicias mulierē multiuolā ne
in cidas i laqueū illiᵒ. Expādit. n. libenᵗ rete
vanitatū suaꝝ vbi auicule. i. iuuenes ꝓūsant
et cū viderit iuuenē delicatū in coꝛde suo ait
illud Ezech. xvij. Expādā rethe meū sup eū
et capiet in sagēa mea. Sz foꝛsitā dicz: Non
hac mala intētiōe me oꝛno: ōs ē mihi testis ꝛ
ꝓscia mea. Ad quā ego: Statuamᵒ b̄ verissi
mū eē: nō tm̄ ex b̄ excusabilīes apᵒ deum nec
etiā apud mūdū. Si aliqs q̄ nō ꝓvidentᵗ ꝓcau
ēs lapides ꝓjicīes t̄ oīez intfecēit: nōne reᵒ
mortl legibᵒ iusto iudicio ꝓdēnat. Nōne fo
diēs cisternā nec etiaz ꝓcauēs si bestia i illam
ceciderit iuste exoluet penā. Sīc Exo. xxi. in
mysteriū ꝓceptū ē. Si q̄s aperuerit cisternāz
nō operuerit eā: ceciderit q̄ bos vel asinᵒ i eā
reddet dñs cisterne p̄ciū iumētoꝝ. Cisterna
q̄pe q̄ aq̄s hz i remediū sitiēti occasio incau
tis cē pt. Sic vtiq̄ tu O mulier vana q̄ viro
tuo remediū eē potes fragilitatī hūane: alte
ri incaute ꝓpata occasionē pstas dānatiōis et
ne. Sic vtiq̄ vxoꝛ viro ꝓuō. v. c. nūcupat
vbi ōꝛ: Bibe aquā ō cisterna tua. Sz talis ci
sterna icaute apīt q̄ñ mlīr cultu mētritio exoꝛ
nat. In illā vtiq̄ ñ optā bos vl asinᵒ cadit q̄ñ
occasiōe indebite vāitatī aliq̄s ꝓcupiaz ruit
In q̄ cāu ciᵒ aia ō mulieꝛl vane māibᵒ reqret
cū det ad b̄ efficacē cāz ñ p̄cauendo ruinam.

Q̄ ex vāitatū exemplis cetere mulieres ad sīlia ꝓuocāt. Ca. iij

Ertio spālit nocēt alīs mulieribᵒ: q̄
t libz. n. mulier ad vāitatē ē nāliť ꝓna
similesq̄ oui q̄ se p̄cipitat vna alīā in
idē ruere ncce ē. hec iuidia mota lz generl sit
miorl huic se i oꝛnatu eqpare ꝓtēdit Que āt
cātē diuitijs atz natu si ñ supat istā ivāitatibᵒ

UVA. BHSC. IyR_032

nunq̄ mente quieſcit: nec vnq̄ maritum in pace permittit. Alia autem nobiliorib⁹ orta natalib⁹: ſublimis diuicijs: mēte inflata: corpe elata: ſi cūctas nō ſupat in imēſuz: magnā iniuriā ſe eſtimat facē creatori: inuēciones t vanitates repit nouas. Habit⁹ qñq̄ pluſq̄ illa inanis t van⁹ illi i oīb⁹ faciet dep̄dari ſi op⁹ ē deſiderat cūctos vt ſatiſfaciat ei Si caſu marit⁹ talib⁹ vanitatib⁹ vel ꝓpt indigentiā ſeu ꝓpt auariciā aut ꝓpt ꝓſciam non aſſentit: nō ſatiſfacit oīno ſi fauet. O intolerabile bellū. O diurna nocturnaq̄ inſupabilis pugna. O lachrγme omni triſticia ſaciate. Lugens itaq̄ lamentatiōibus plena eſt. Heu me infelicem: nuptui tradita ſum: maledictā hora: illa ornatior me ꝓcedit i publico Talis de iḡbili genere honorat ab omibus. Ego miſella heu heu deſpicior i ꝓſortio feminarū. Denicq̄ tot moleſtijs marit⁹ deuictus t tedio ſi debet illi ſatiſfacē: nō tm̄ ex ſuis ꝫ etiā ex viſceribus ieſu chriſti ē neceſſe illi ꝓdeſcēdē poſtulatis: mutuo accipe ſub vſuri debita ſubire ḡuia. Si demū mulier his moleſtijs obtinē nō pōt: cūcta mariti bona decimat de oīb⁹ q̄ ſunt i domo furat cumulatq̄ denarios vt ſatiſfaciat vano deſiderio ſuo. Sz qđ doloroſi⁹ ē q̄q̄ obtinent ab amaſijs qđ inficī a maritis. Ecce ąt malor inē ꝓiugeſ talis imoderata vanitas occaſio ē. Tāta igit ad vanitates i mulierib⁹ ꝓnitas ē t ad ꝫ etiā diabolus opat: vt ſi vna ſola in q̄dā magē ciuitate ſit vana: oēs p illā trahunt ad imoderantiā vanitatū. Facit enī auceps infernalis de muliere i vanitatib⁹ obcecata ſicut fieri ſolet colūbe q̄ ꝓſutis ocul⁹ ponit ab aucupe intra rethe: cūq̄ alie colūbe p illā tracte cū ea intra rethe fuerint ꝓgregate vno vinclo tracto cūcte ab aucupe capiūt. Sic diabolus p vnā vanā cū vanitatū rethi q̄ſi totā ad ſe ciuitatē trahit. Sic de eo Job .xl.c. ſcriptū eſt. Abſorbebit fluuiū t nō mirabit: hz enī fiduciam q̄ iordanis inflūat i os ei⁹. Fluui⁹ a fluēdo dict⁹ denotat fluidas mulieres q̄s diabolus tunc abſorbet q̄n vna p⁹ alterā p vanitates i diaboli guttur ruit. Iordanis aūt riu⁹ iudicij interpt̄at: t ꝓfeſſores atq̄ ꝓdicatores mālfeſte demōſtrat: q̄ riui lumioſi t gloſi iudicij eſſe debēt: vt mētes carnales rōnib⁹ lumioſis refrigerēt ab eſtiuo calore carnaliū vanitatuz. Sz heu cū abſorbeat fluuiū iam i pleriſq̄ fiduciā tenet. q̄ nō ſolida veritate ꝫ tenebroſa carnalitate cōem t excuſabilē conſuetudinē putent qđ ē abuſio mālfeſta. Nō ꝓſpiciētes tria ſpecula q̄ in ſermo. xliij. t ar. j. c. j. poſita ſūt Sz vt cecis ducētibus cecos: quia vt ait dñs Mat. xv. Cec⁹ aūt ſi ceco ducatū preſtet: ambo in foueam cadunt.

De ſeua impietate i paupib⁹ que ex vanitatib⁹ ſequi ſolet. Capitulum. iiij.

q Tarto nocēt paupib⁹ derobatis et deuoratis: qb⁹ illa q̄ expēdunt in pōpis t iocalib⁹ atq̄ vanitatibus ſuis reſtitui deberēt. Deuorauit enī illos pr̄ ſuus ſiue marit⁹ p vſuras rapinas furta ſimonias aut p q̄ſcūq̄ ꝓcuſſiones. Pereūt illi fame frigore t nuditate: nubilesq̄ puelle expoliatoꝝ clauſe t innupte retinent in domo: laceratis veſtib⁹ vix carnes opiētes: verecunde t timide: vix coꝝ alīq̄ comparētes. Paruuli panē petūt nec ē qui tribuat illi. Infirmi iacēt i lecto parētes eoꝝ aut i carcē cruciant: nec de ꝓpria ſuba ſua ſubuenit illis. Et tu vanitas inſatiabilis lupa: ſanguinem pauperū cum cauda p terram trahis: faſtuoſas pōpas iactant oſtētas: alaſq̄ magās t ſanguine plenas faſtidioſa vānitate dilatas: oſtē dens q̄ta velocitate ad infernū volas. Propterea de te dicit. ij. c. ait: In alis tuis inuē tus ē ſanguis pauperū aiarū. Audi etiam q Ecc⁹. xxxiiij. c. ait: Panis egētiū vita pauperū eſt: q̄ defraudat illū hō ſanguinū eſt. Hec aūt nō cogitat mulier vana ꝫ tm̄ vt ſatiet efrenatā ꝓcupiſcentiā vanitatū.

Articulus. iij. de multiplicibus t generalib⁹ malis que veniunt ex vanitatib⁹ mulierum.

t Tertia ꝓncipalia mala ꝓpt q̄ odit dñs vanitates ſunt mala generalia. Quattuor generaliū maloꝝ t dānoꝝ genera veniūt ciuitatib⁹ et patrijs ex multitudie vanitatū. Prima mala ſpūalia. ſcda mala corpalia. tertia mala tpalia. q̄rta mala iudicialia.

De multitudie maloꝝ ſpūaliū que ex vanitatib⁹ ortum habent. Capitulum. j.

p Primo ex vanitatib⁹ veniūt mala ſpūalia. i. innūerabilis pcōꝝ exceſſus t multitudo. Qđ ſatis i ſeraphin ſermo. dictū eſt atq̄ ex his q̄ iam dicta ſunt patet ſi conſiderent ąt pcā ꝓpter filias exornādas pntes cōmittāt: ąt faciant viri: impijs lucri t ꝓcupiſcētijs effrenati ꝓpt vxores ſuas: ąt etiā cōmittāt i vānitatib⁹ laborātes mulieres ornātes t illa talia edocētes t ſociātes: ąt ꝓcupiſcētijs incēdāt homes

UVA. BHSC. IyR_032

illas aspiciẽtes: ąt patrẽt ꝛ mulieres ppt malum exẽplũ alias attrahẽtes ꝛ sanguie pauperũ abutẽtes: ąt repleant crimib9 hi oĉs ąs exp̃mere posset? Sz forte dicet aliqua. Quid vis nos agere? petis aut queris nos omnes facere moniales aut bizochas? Responsio Intelligo errorem tuuz: quia non monialis neq; bizocha es: putas tibi licere q̃cq̃d suggerit carnal vita ꝛ impudica affectio vanitatũ. Sz recordare q̃ nõ tm̃ christianã dicit te: verũetiã honestã atq; pudicã vis ab alijs reputari. Propterea audi Aug. ad psimilẽ tui scribẽtẽ in li. de vi. chri. atq; dicẽtẽ. Quis tã van9 ꝛ miser ẽ qui se aduocatũ cũ lras nesciat audeat pfiteri? Quis tã insan9 ꝛ excors vt pfiteat se militẽ: q̃ nescit arma gestare? Nemo eni quodcũq; nomen sine cã sortit? Sutor vt dicat necesse ẽ vt calciamẽta pficiat? vocetur ąs faber vocet ꝛ aurifex: q̃ piciã artl et nouit ꝛ facit. Negocias nũcupat q̃ qđ vilius emit chari9 distrahit. Et subdit: Talib9 exẽplis ag̃scim9 nullũ nomẽ sine actu ꝑ oẽ nom̃ ex actu cãri. Ergo tu christiana quõ dicer in q̃ nullus christi act9 apparet: christian9 iusticie bonitatl integritatl patie castitatl prudentie hũilitatl innocẽtie ꝛ pietatl ẽ nomẽ. Ergo tu quõ ꝑ nomẽ tibi defendis ꝛ vẽdicas cui õ tã plurib9 reb9 nec pauca subsistũt. Hec Augusti. Sz adde: Vis dici honesta. Cur inhonestatis ꝛ indecẽtie ptẽdis sig̃: vis nũcupari pudica. Cur impudicitie ꝛ effrenate luxurie mõstras exẽpla? Mõne publici pstibuli meretricẽ in lasciuijs ꝛ inhonestl vanitatib9 superas? O infelicia tpa nr̃a. O piclitata i lasciuijs ꝛ vanitatib9 generatio nr̃a. O babylonica vita. O ta admiratio: q̃t9 horor mẽtibus pudicl atq; honestl vidẽ eas q̃ honestatl et pudicitie volũt hr̃e nomẽ in lasciuijs vanitatl mereices publicas supare. Sz audiat q̃libz tal qđ dr Apoc. xviij. Qtũ glificauit se ꝛ i delitijs fuit: tm̃ date ei tormentuz ꝛ luctũ

Q2 ppter supfluitates vanitatũ ceſſet plurimũ multiplicatio populoz. Cap. ij.

Ecũdo ex vanitatib9 veniũt mala corpalia. O ąt filij nascerẽt ąrũ generationẽ ꝛ ortũ impediũt vanitates. Hã multi ppt maximas expẽsas q̃s sibi vxor9 req̃rit vanitatũ abusus: vxores vel nõ capiũt vel tardi9 suscipiũt eas cũ sepe q̃si oẽs dotes ꝛ q̃nq; ampli9 deu ozẽt tales expense. Similr multi parẽtes q̃ nõ valẽt imẽsas dotes tradẽ filiab9 : i domo steriles nõ ppt deũ retinẽt illas ꝛ vt virgines ꝛ pudicas. Et qđ crudeli9 ẽ si qñ tres vel ąttuor filias hñt ad vota nõ valẽtes dotare: illas vnã vel duas formosiores cũ dotib9 maximis nuptui tradũt: reliq̃s ꝺo distortas claudas seu cecas siue quocunq; mõ deformes q̃si spumã vel vomituz seculi mõsterio tradũt: illas vtinã dño ꝛ non diabolo dedicãtes. Ex his oib9 mãifeste apparet q; cessat generatio filioz: ꝑ vtinã ꝑ mõ cessaret. Dimissis tandẽ femis iudicio dei et sui: ad mares dirigat sermo. Solutis iuuenibus atq; viris nec ppt ꝑdicta cãs ꝓiugio copulatis puellisq; grãdeuis i domib9 male seruatis ąt enormia sequant: potiꝰ eligo opire silẽtio q̃ apire sermõe. Hõ solũ puelle ꝑ nec relinq̃t vidua neq; nupta q̃n vexetur molestijs: cruciet angustijs ꝛ importunitatib9 oppmat ab his q̃ pseuerãt innupti. Quid inde seq̃t trãseo: vnũ supest q; pauci filij mãifeste aparẽt. Ihis morib9 corrũpunt iuuenes atq; deuiãt a morib9 vtuosis. nec facile a deuijs diligunt vxores lz i mrimonio eis copulent Sz sup oia ꝑdicta horrẽda atq; detestãda sodomia ex his generat nutrit atq; suscipit terribile incremẽtũ. Juuenes eni lasciui ꝛ delitijs nutriti fragiles ꝛ indisciplinati ꝛ imodesti nec deũ timẽtes: dũ insimul pversant in ąt impudicitias ruãt: in ąt imũdicias i ąt nephãdas spurcitias diabolo suggerẽte ꝓcipitent ąs exp̃mẽ posset? Cũ capti fuerint iuuenes hac pestifera labe: vix vnq; curant vix ꝛ tarde vel nuq; ꝓiugio se copulari pmittunt. Si casu vxorẽ suscipiãt vel illa abutunt vel ñ diligũt eã. Propterea nõ generãt filios vt verificet qđ Sap̃. iij. scrip. ẽ. Ab iniq̃ thoro extermiabit semẽ. Ex his oib9 clari9 palpari ꝑt ąt ątidie inualescãt pestes ꝛ ꝑ ppt lasciuias vt. j. patebit: nec ppt vanitates filij i multitudine generent atq; iã nati subito moriant q; necesse ẽ minui gẽtes: sicut his tpib9 in q̃bus tm̃ vanitates creuerũt mãifeste aparet Et sic patet q̃ta mala corpalia ex vanitatib9 sequuntur.

Q2 diuitie corpales in patrijs ex supfluis vanitatib9 multipliciter minuũtur. Capitul. iij.

Ertio ex vanitatib9 veniũt mala tpalia. Hã q̃ diligent adũrit ex multitudie expẽsarũ que i vanitatib9 fiũt. Primo cessant iusta lucra. secundo crescũt tpalia dãna. tertio cogũt ad ꝑ ꝑdicta ꝓtinuãda. Primo q̃dẽ cessant iusta lucra. Hã pecunia q̃ expẽdit in supfluis indumentis in iocalib9 in anulis i coronis in lapidib9 ꝓcios atq; in supfluis alijs ornam̃ẽtis mor

UVA. BHSC. IyR_032

tua pleuerat: quecḋ dē possʒ eē lucrosa i mercanciis: i possessiōib⁹: i aialib⁹: i artib⁹ ⁊ i aliis ḋbuscūqʒ lucrosis. Et sic p pseq̄ns ad tpalez vtilitatē ciuitat̄ ⁊ tot⁹ patrie redūdaret. Se cūdo crescūt tpalia dāna. Mā preciū qō in talib⁹ vānitatib⁹ possidēt cōit sp diminuit: siue p tpaliū vanitatū vsum seu abusum aut non vsum. Mā sepe vanitatū mutatiōe rex tpaliū pciū miorat: imo indumtū qō hodie fit: cras sine mioratiōe pcij nō poterit vēdi ⁊ sic ō singulis. Addat̄ q iuuenes deuij ñ solū cessant a iust̄ lucris ʒ etiā in scort̄ psumūt iusta ⁊ iniusta lucra: sicut Proū. xxix. c. scrip. est. Qui nutrit scortū pdit substā. Tertio cōgūt ad ḣ supdicta ꝓtinuāda. Mā p⁹q̄ hō predicta emerit vñ cessant lucra ⁊ crescūt dāna: nō tm̄ vēdit vel derelinq̄t illa: vel etiā ad psimilia ⁊ cor rūpētia coartat̄. Inde sepi⁹ oriunt vsure rapine ⁊ cetera turpia ⁊ iniusta lucra.

De varijs que patrie patiuntur ꝓpter supfluas vanitates. Capitulum. iiij.

Ecundo vt cognoscamus erga nos dei dilectionē. Consideremus beneficium redemptionis: de quo Luce xv. c. mystice ait: Quis ex vobis homo qui habet centū oues ⁊ si perdiderit vnā ex illis nōne dimittit nonaginta nouē in deserto et vadit ad illā que perierat donec inueniat eaz: Et cum inuenerit eam imponit in humeros suos gaudens. In quib⁹ sacratissimis verbis triplex mysteriū circa aīe redēptionē demonstrat p ordinem. primuz est mysterium incarnationis. scōm est mysterium peregrinationis seu cōuersationis. tertium est mysterium passionis: vt verificet quod Jo. iij. scriptū est. Sic deus dilexit mundū vt filiuz suum vnigenitū daret. s. incarnatū: peregrinum: ⁊ passum.

De dilectione quā deus ostēdit anime per carnis assumptionem. Capi. j.

Rimū est mysteriū incarnationis de quo dominus ait. Quis ex vobis. i. aliquis ex vobis homo: q; ex nobis est verus homo ihesus xp̄s qui habet centuz oues. i. homines ⁊ angelos. Juxta illud nos aūt populus eius ⁊ oues pascue eius. Ipse ē enī pastor: sicut ipse Jo. x. ait: Ego sum pastor bonus. Ubi glosa. Diues est pastor cui⁹ oues nos centesima portio sum⁹. Angeli q̄dem ⁊ homines propter innocētiam in qua creati sunt merito nuncupanē sed centuz: q; p̄m glo. numerus centenarius perfectus est Et si perdiderit vnā ex illis. s. animā siue naturam humanam ex vno homine propagatā: q̄d vtiq; factū ē q̄n pascua vite homo peccando reliquit. Et ouis vna. s. natura humana. i. quelibet anima totaliter p̄dita fuit: q̄a omnes in adam peccauerunt: sicut dicit ad Roma. v. c. Hinc p̄s. ait: Erraui sicut ouis que perijt: quere seruum tuuz domine. Nōne dimittit nonagīta nouez in deserto. Per nonagintanouē natura angelica designat: per nouem choros distincta est. Non designatur simpliciter per numerū nouenarium sed per illum ductū per denariū. Denarius cui numerus perfectionē demonstrat vt in denario perfectio gratie ⁊ glorie ⁊ in nouenario nature distinctio mystice denotet. In deserto nempe. i. in celo angelica natura relicta est q̄d quidē desertum fuit a peccāte multitudine angelor⁹. Et vadit ad illā. scz animā q̄ perierat: venit quidē assumendo humanaz naturā: quia verbum caro factum est vt dicitur Joh. j. De quo propheta admirans ait: Domine quid est homo q; memor est eius aut filius hominis quoniaz visitas eū. Magno quidē precio extimata est. O anima pro qua requirenda a summo celorū dei filio descendit in vteruz virginis. Quis sapiens p̄ requirendo obolo itinere centum dierū voluntarie laborares. Ergo quidē magna res es anima mea pro qua requirenda deus in mundum descendere dignatus est.

De dilectione quā deus ostēdit anime p xp̄i peregrinationē seu conuersationē. Ca. ij.

Ecundū est mysteriū peregrinationis seu cōuersationis: de quo subditur: donec inueniat eaz. s. querit illā ⁊ cū tanto labore ⁊ cū feruenti amore quesiuit aiaz amorosus ihesus: virginis vtero vir egressus est ⁊ dilectaz animā more infantiū vocat A. A. A. i. Anima mea anima mea. Anima mea te quero: pro te inueniendo hanc peregrinationē assumo. Media nocte frigore cruciatus ac pro te ditanda paupertate vallat⁹ iam laborosaz p te viā aggressus sū. Octaua die p te aīa circūcidit puer: ac vuln⁹ dolorosuz iā dignatus est p te pati: nam incipit p te effundere sanguinē sacrū. Considera anima mea paruulū ihesuz p vulneris dolore clamantē ac dulciter querentē dū vagiendo ait. A. A. A. quasi infantiliter animā tuā vocans. Decimotertio aūt die fulgore radiantis stelle ab oriente triplicē aīe potētiā trahit in mysteriū triū reguz. Nō post multos hos dies apparuit angelus ioseph ⁊ ppter futurā p̄secutionē herodis ipsuz cū puero ⁊ matre ei⁹ iubet fugere in egyptū: O aia mea cū tempestiuā p̄secutionē incipit p te pati filius dei ihesus. Nec passus ē p te aīa puerilē infātiam suā: etiā inter vbera matris sue esse tutam quin a seuo tyrāno quereret ad mortez Nec quoq; ad ciuit atē vicinā sua terminata

UVA. BHSC. IyR_032

ē fuga: ⁊ ad gentem barbarā ac multarū die
rax diuisione longinquā itinere vaste solitu
dinis per desertum vbi cibi et hospicij atq;
vmbraculi iopia habebat. Denicq; virgo be
ata perueniens in egyptū in preteriti laboꝝ
solatiū paupercula peregrina: paupercula
conducens tuguriolū de laboꝛe manuū sua
rum ⁊ sancti Joseph pauperrime victitabat
Talib⁹ stupendijs aīa mea, p peccatis tuis ac
ceptis puer iesus cū suis parentibus septē=
niū in egypto peregit. Quib⁹ cōpletis iterū
angelus dñi monet Joseph puerū ⁊ matrez
eius moꝛtuo iā impio rege ad terrā iterū re=
dire israel. Contemplare nūc aīa mea graui
oꝛem laboꝛē in redditu septēnis iesu q̄s fue=
rit in primaria fuga. Tunc eñ vt paruulus
infans poterat baiulari grandiusculus nūc
fact⁹ nec cōmode poꝛtari poterat: nec adhuc
tenellus valebat p tñ vie spatiū ambulare.
Fact⁹ autē ānoꝝ. xij. remansit puer iesus in
hierusalē ⁊ nō cognouerūt parentes ei⁹: sed
querentes eū inter cognatos ⁊ notos inue=
nerunt eum in templo sedentē in medio do
ctoꝝ audientē illos ⁊ interroganteꝝ eos.
Sed de quo erat inter eos sermo, de q̄ inter
rogabat illos nisi de anime nobilitate creati
one: lapsu: repatione glorificatiōs ⁊ cōsimili=
bus. Trigesimo autē ꝓsūmato iam anno vt
anime demōstraret omnis iusticie viā in ioꝛ
dane a Johāne voluit baptizari: cōfestimq;
ob anime dilectionē deserti aggredit campū
vt de ea cōtra diabolū triūphaꝛet. xl. diebus
⁊ xl. noctib⁹ pro tua obtinenda victo anima
mea ieiunauit. Post durū pro te cōgressum
gloꝛiosūq; de hoste triumphuz deserta loca
relinquēs discipulos vocat circūens ciuita=
tes ⁊ castra sollicite querens quaz pdiderat
ouez. Quota aūt perpessus fuerit pro te bene
dictus iesus anima mea dū benefaciēdo hic
inde trāsiret: quis exprimere posset? Quot
odia: quot detractiones: quot blasphemias
⁊ imꝓperia: q̄t etiā iniuriosa opera volu=
it pro te pati. Operat⁹ pro te miranda: pellit
demones: mūdat leprosos: illuminat cecos:
erigit claudos: soluit mutos: aperit surdos:
curat idropicos: sanat paralyticos: liberat lu
naticos: expellit febres: erigit curuos: exten
dit contractos: purgat sanguifluos: suscitat
moꝛtuos. Et quis enarrare valeret quot mi
racula operat⁹ est amoꝛosus iesus vt te ani=
mā inueniret. Hinc Mach. vj. scri. ē: Quo=
cunq; introibat iesus in vicos aut in villas:
aut in ciuitates ī plateis ponebant infirmos
⁊ deprecabant eū: vt vel fimbziam vestimen
ti eius tangerent ⁊ q̄tquot eū tangebant sal=
ui fiebant.

De dilectione quā de⁹ osten=dit aīe p xp̄i passionē. Capi. iij.

Tertiū mysteriū est passionis. Quia
t vt te moꝛtuā suscitaret, p te moꝛi vo=
luit aīa mea: ꝓpterea in pabola sub=
inferk. Et cum inuenerit eaz imponit in hu=
meros suo gaudens. In quib⁹ verbis tria
ostendūt de christo que operatus est, p ani=
ma redimenda. primuz est ardētissim⁹ amoꝛ
scōm patientissimus labor. tertiuz iocundis=
simus dolor. Primo ostendit amoꝛosissi=
mus iesus, p oue inuenienda ardentissimuz
amoꝛē: ꝓpterea dicit. Qui cuz inuenerit eā
. l. oucm errantē. i. animā in statu damnati=
onis pclitantē. Sed vbi queso inuenit illā.
Audi queso vbi quesiuit illā: ⁊ disces in q̄ lo
co inuenit illā: per totā eni illā vltimam septi
mañam in miro laboꝛe cōsumptam. Venit
iesus ad cenā vbi pro te aīa mea magne no=
uitatis dedit exemplū in lotione pedū. Ma=
gne charitatis dedit eduliū duz tibi semetip=
sum dedit in cibū. Magne benignitatis osi=
dit signū dū tot⁹ p tua charitate euisceratus
fecit sermonē vltimū. Demū egressus trans
toꝛrentē cedron animā querēs ingredit oꝛ
tū: oꝛat laboꝛat ⁊ sudoꝛe sanguineo madefa
ct⁹ fact⁹ i agonia: supplicat eterno patri ani
mā inuenire sine calice dire moꝛtis pter⁹: tñ
de voluntate diuina. Ecce iaz appropinquat
bellū: vallat turba malorū: amoꝛosus iesus
et offerens semetipsū pro te anima mea capi
tur: ligatur: trahit: ⁊ bestiali furoꝛe illi scele=
sti insaniunt cōtra eū. Denicq; in domo pila=
ti: pro te anima mea, ꝓpria veste nudat⁹ atq;
ligatus truculentis manib⁹ impiorū illa ca=
ro sanctissima flagellat ⁊ laniat ⁊ vsq; ad ef=
fusionē sanguinis sacri: totum illud sanctis=
simū corpus crudelissime lacerat. Et q̄ hoꝛ
ribilius est pro te anima mea caput illud an
gelis tremebundū duris spinarū aculeis co
ronatū scilicet effudit sanguinē dū configit
spina. Crebra arundinum pcussione vsq; ad
cerebrū profundata: sic vilificatus perducit
coram populo poꝛtans spineā coꝛonā ⁊ pur
purcum vestimentuz: vultu velatus: ſpuris
detur pat⁹: genisq; ac vota facie tumefact⁹. Cō
dēpnat ad moꝛtē eterna vita, p te viuifican=
da ania mea dilecta. Et baiulans sibi crucē
venit in caluarie locum vbi inuenit quā per=
diderat ouē. Scōo q̄z poꝛtauit amoꝛissimus
iesus patientissimū laboꝛē, ꝓpterea in pabo
la subdit. Et imponit humeris suis. l. inuē-

UVA. BHSC. IyR_032

tã ouẽ. Humeri xpi ſm Ambro. brachia cruc⁹ ſũt. Contẽplare aĩa mea q̃ in terra poſita cruce nudatus ĩmaculatus agn⁹ vt ĩpone ret ſup humeros ſuos ouẽ ſup crucẽ extẽdit receptur⁹ mortẽ ꝓ aĩa redimẽda. Cõfigit in dextra ꝓim⁹ clau⁹: viq̃ alio cõfigit clauo re liq̃ man⁹. Trahũt pedes mortali crudelitate ⁊ reliq̃ clauo ꝓfigunt i cruce. Eleuat a terra lignũ deo totaliter in ſignitũ: diuellũt ⁊ lacerãt dñi ieſu carnẽ duriſſimi claui corpe põderante. Fluit ſanguis ꝓ te abluẽda aĩa mea. Aperte ſunt cataracte celi vt inũdet diluuiũ gratie ad aĩe crimina ſuffocãda. O q̃s tante duricie ẽ q̃ ei nõ ſcindit cor: vere languores nr̃os ipſe tulit ⁊ dolores nr̃os ipſe portauit. O amor ꝓ me indigniſſimo paſſus. O gen⁹ hũanuz expgiſcere a tuo letargico ſomno et vide: q̃ ad orientem vertit faciẽ ſuã xp̃s: ad meridiẽ dextrã manũ: ad occidẽtẽ plãtas pedũ ſanctorũ: ad ſeptẽtrionẽ alterã manum. oẽs vocat: oẽs deſiderat: oẽs viſitat: oẽs inuitat atq̃ clamãs ait: Venite ad me oẽs q̃ laborati et onerati eſtis ⁊ ego reficiã vos. Ab oriente vocat adoleſcẽtes. A meridie vocat magnates. Ab occaſu vocat ſenes. A ſeptentrione vocat paupes. Oẽs ſitiẽtes venite ad aq̃s. Tertio q̃z portauit iocũdiſſimũ doloꝛẽ q̃ ſubdit gaudẽs. O cũ ꝯto gaudio voluit ꝓ te mori anima mea xp̃i charitas cõſũmata Ecce ſm Aug⁹. ꝓ impio pietas flagellat. ꝓ ſtulto ſapiẽtia deludit: ꝓ mẽdace veritas nec at: damnat iuſticia ꝓ iniq̃. miſericordia affligit ꝓ infideli. ꝓ miſero: replet ſinceritas a ccto inebriat felle dulcedo: moꝛitur vita ꝓ moꝛtuo. Et oĩa h̃ cũ gaudio ꝓ te aĩa mea tulit. Demũq̃ vt morte ſua aĩe vitã daret i manus paternas ſpiritũ cõmendauit.

Articulus tertius de bñficio glorificationiſ ⁊ diuina dilectione aĩe ꝓparate.

t Ertiũ q̃z bñficiũ aĩe cõferendũ ẽ glorificationis. Tanto nãq̃ amore dilexit ab eẽno: de⁹ aiam noſtrã vt ei pararet gloriã ſempitnã. Vñ ad Ephe. ĩ. apl's ait: Elegit nos aĩ mũdi ꝓſtitutõnẽ vt eſſem⁹ ſcti ⁊ ĩmaculati i ꝓſpectu ei⁹: i cui⁹ cõſpectu eẽ nihil aliud ẽ q̃ eẽnis gaudijs ꝑmiari. Vñ ꝛz Aug⁹. cũ aĩa erit in cõſpectu dei: de⁹ ab ea ſine fine videbit: ſine faſtidio amabit: ſine fatigatione laudabit. Et iteruz Berñ. ait: Ibi de⁹ erit rõni oĩs plenitudo lucis: voluntati multitudo pacis: memorie ꝓnuatio eterni tatis. Et iteꝛ idẽ dicit. Merces ſanctoꝛ tam magna ẽ q̃ nõ põt menſurari: taz copioſa q̃ nõ põt finiri: tã ꝑciosa q̃ nõ põt eſtimari. Cõſidera igit aĩa dignitatẽ tue creationis: charitatẽ tue redemptionis: atq̃ benignitatez tue glorificatõis: vt grata ſis ꝺ creatiõe: gratioꝛ de redemptione: granſſima fias de optinenda glorificatione. Quã nobis cõcedere dignet dulciſſim⁹ ieſus xp̃s q̃ cũ patre ⁊ ſpũ ſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝛ amẽ.

Feria tertia poſt dñicã oliuaꝝ de ſalutatione angelica q̃ ꝓ ordinẽ declarat. Sermo. liij.

Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Lu. ĩ. Oꝛ dñs ieſus xp̃s matrẽ ſuam ſibi habet ceteris ſanctis ꝓpinquioꝛẽ ⁊ cariozẽ ac ad inꝛpellẽduz ꝓ nobis apꝺ ipſuz potentioꝛẽ. Propterea vult ipſaz a nobis vltra oẽs ſanctos p̃diligi: p̃honoꝛari: ſalutari: ⁊ venerari. Mã ipſaz ⁊ ỽtutes ei⁹ attẽtiſſime cõtemplari ⁊ ad eas ardentiſſimi affici in ſũmo affectũ inflãmat ⁊ ſubleuat: ac irradiat intellectũ ad ſũmas virtutes xp̃i ⁊ ad ipſum xp̃m. Simpliciter nempe meli⁹ ⁊ vtilius ẽ oꝛare vel oratiõnẽ ⁊ deuotionẽ ꝓ adiutoꝛio ad matrẽ xp̃i recurrere q̃ ad alios ſãctos inferioꝛes. Quaꝛopt ad excitãdã deuotionẽ ⁊ veſtrã inflãmandã afflictionẽ erga ỽginẽ matrẽ diſpoſui ipſa adiuuãte ſalutationẽ angelicã declarare vt oſtẽdat quarta religioſitas q̃ eſt angeli deſtinati. Pro q̃ ſumo verbũ Lu. ĩ. q̃ de eadẽ ſalutatione ait: Cogitabat q̃lis eſſet iſta ſalutatio. In q̃b⁹ verbis oſtẽdit hec ſalutatio eſſe plena. ꝓmo admirabilis ꝓſiderationis: ibi cogitabat. ſcõ ad mirabis cõmendationis ibi: qualis eſſet. tertio admirabilis ſalutatiõis ibi: iſta ſalutatio Primo aũt oſtẽdit plena admirabilis conſiderationiſ: q̃ cogitabat. ſ. beata virgo vt videlicet ei⁹ exemplo diſcamus hmõi ſalutationis myſteria ponderare. Et vt clari⁹ eluceſcant alta myſteria eius tria in ea cogitãda ſi ue cõſideranda ſunt. Cõſidera primo virgineũ ſtatũ. ſcõ angelicũ exemplũ. tertiũ mirificũ lucrũ. Primo cõſidera in hac ſalutatione virgineũ ſtatũ. Eſt enĩ regia miſericordie templũ dei: habitaculũ ſpũſſãcti ſp ſedẽs ad dextrã xp̃i in gloria ſempiterna. Sicut ꝓpheta ait: Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circũdata varietate. ſ. oĩm beatoꝛ Jõ venerãda: ſalutanda ac adoꝛatione hyp dulie adoꝛanda. In cui⁹ exemplũ. iij. Regũ ij. in figura xp̃i Salomõ ſurrexit de ſolio in occurſum matris et adoꝛauit eam. Jdeoq̃

UVA. BHSC. IyR_032

ad dexterā regis sedet vt quotiens adorēs regē christū: adorēs etiā christi matrē. Propterea hac salutatione est frequent adoranda. Scōo cogita angelicū exemplū. Si enīz angeli salutāt eam ꝯtomagis hoc tenet homo: vnde Luc.j. Ingressus angelus ad eaz dicit: Aue gratia plena ꝛc. De q̄ Bern. ait: Que hec virgo tam nobilis vt salutet ab angelo: tam humilis vt despōsata sit fabro? Discе ergo ab angelo salutare Mariā. Tertio cōsidera mirificū lucrum: quia cū homo deuote salutat virginem resalutat ab illa. Est enī curialissima regina virgo maria: nec pōt salutari sine resalutatione mirāda. Si mille Aue maria dicis in die deuote: millies a virgine resalutaris. Propterea in mysterīū hutius hortat Aplus ad Rhoma. vlt. d. Salutate Mariā. Et sic patet quātū hec salutatio est admirabilis cōsiderationis: qz cogitabat Scōo apparet esse admirabilis cōmendationis. Ait enī: Qualis esset. Cōmendat enī h salutatio ex tribus. primo ex altitudine. scōo ex dulcedine siue ex dulcitudīe. tertio ex gratitudine. Primo ex altitudine: que in hac salutatiōe ꝓtinet. Tota em̄ mysterijs mirabilibus ē plena que oīa redolēt ꝛ redūdant dulcedinē salutis nostre. Quis enī tam ignar? ꝛ tam insipidus erit qui nō sepe per hāc salutationē recolat principia nostre saluti. Aue inquit gratia plena dñs tecū. Omne verbū altis mysterijs plenū est sicut infra patebit. Scōo cōmendat ex dulcedine. Hāc igit gustans ꝛ saporās ꝓpha inquit: Quam dulcia faucib? meis eloqa tua sup mel ori meo. Ideo Eccī. xxiiij. ipsa ait: Spūs me? sup mel dulcis ꝛ hereditas mea sup mel ꝛ fauū. Hereditas em̄ gloriose virginis ē salutatio sua quā apud hoies deuotione hereditauit vt iā aue maria sicut pater noster cuilibez xp̄iano libeat frequentare. Tertio cōmendat ex gratitudine. Magna nempe ingratitudo ē tot su scipere būficia a dña nostra gloriosa maria ꝛ non cognoscere donatricē nec sibi salutando regratiari. Unde contra talem ingratuz Eccī. xlj. exprobatiue scriptuz est. Erubiscite a salutatiōis silētio. Tertio oīdit eē admirabil salutatiōis: qz sbdit ista salutatio. In tota nāq̄ serie hui? āgelice salutatiōis triplex ꝑncipale mysteriū per ordinē declarat. Primū est salutatiōis ibi: Aue maria. Secūdū est cōmendatiōis ibi: Būdicta tu. Tertiū est supplicatiōis ibi: Sācta maria mater dei. Ora pro nobis peccatoribus Amen.

Articulus primus de excellētia virginis marie.

Primū mysterium est saultatiōis In qua salutatiōe triplex virginis excellentia demonstrat. prima est nature scōa gratie. tertia glozie.

Q beata virgo excedit multipliciter omnes alios in natura. Capi. j.

Prima ē excellentia nature. Triplici nāq̄ modo in aue hec nature excellētia demōstrat. Primo aue. i. sine ve Et hoc triplici quidē mō cui subiacet totū femineū genus. scz pudoris: laboris: ꝛ doloris Fuit em̄ sine ve pudoris in ꝯceptione. Sine ve laboris in gestatione. Sine ve doloris in ꝑturitione. Hā teste Bern. Fuit sine corruptione fecūda: siue grauamie grauida: sine dolore puerpera. Ratio aūt quare fuit sine ve pudoris est: qz eius cōceptus fuit sine corruptione: nō hūano semine sed mystico spiramine: angelo ibi dicēte. Spūs sanct? superueniet in te. Fuit em̄ sine ve laboris: quia pondus amoris ꝛ grauedinis leuis virtus spūssancti ob ūbrabat: insuper nō habuit ve doloris qz partus sine lesione: quia angel? subdidit: Nō em̄ ex te nascet sanctū vocabit filius dei. Soli em̄ principi porta illa seruata ē quā si violauit egrediēs nec ēt ingrediēs sic̄ mystice ponit Ezech. xliij. c. Hac ꝛplici male dictione in nulla mliere imunis nata fuit nisi i sola virgine bñdicta. Un Eue Gen. iij. c. di cūz est. Multiplicabo erūpnas tuas ꝛ cōceptus tuos: in dolore paries filios tuos. Scōo etiā mō in virgine ꝑ aue nature excellētia denotat: qz ab alio triplici ve imunis fuit. s. cōcupiscentie culpe ꝛ pene. De quo triplici ve Apoc. ix. Clamabat aquila vosās. ve. ve. ve. habitantib? in terra. Fuit em̄ beata virgo sine primo ve hoc ē sine tyranno cōcupiscētie peccati originalis: qz sine eo ꝯcepta est: sicut teste Salomone Cañ. iij. dicit: Tota pulchra es amica mea ꝛ macula. s. originalis culpe nō est in te. Aut cīno in ea fuit extinctū ꝑ spiritu sancti sanctificationem: propterea ps. ait: Sanctificauit tabernaculū suū altissimus. id est. beatā virginez in qua dominus iesus christus nouē mensib? habitauit. Fuit sine scōo ve. s. culpe ꝛ mortalis ꝛ venialis. Un Aug?. Excepta beata v̄gine maria de q̄ cū de peccatis agit nullāvolo fieri questionē propter honorē dñi. Sed post hanc ergo virginis exceptationē si sancti ꝛ sancte cōgregari possent ꝛ quererēt ab eis an peccatum haberent: quid respondērent nisi quod Jo. ait: Si dixerimus qz peccatum non habemus ipsi nos seducimus et

UVA. BHSC. IyR_032

veritas in nobis nō est. Fuit sine tertio ve. s. pene que est in sepatione anime ⁊ corpis que est incineratio ⁊ corpis dissolutio. Maz sicut nō dedit domin⁹ sanctū suū videre corrupti onem. i. xp̄m sic: nec sanctā suaz de qua nat⁹ est sanct⁹ sed corpe ⁊ anima in celo assumpta est. Tertio insup modo per Aue in virgine nature excellētia demōstratur: qz. s. fuit sine alio triplici ve. s. carnis mūdi ⁊ diaboli. Siue tria ei defuerūt de quibus. j. Jo. ij. Omne qđ est in mūdo ꝓcupiscētia carnis ē ⁊ ꝓcupiscētia oculoz ⁊ superbia vite. Auaricią nāqꝫ exclusit per pauptatez: luxuriā p virginitatez: diabolū per humilitatē: qz has virtutes perfectissime in se habuit: merito ergo ei ab angelo dicit aue. Ab vsu eñ ecclesie imediate subiūgitur marie nomen cū dicit. Aue maria: qđ tamē ab eodem euāgelista luca p̄missum erat cū dixerat: Et nomē xginis marie. Et merito quidē nomen marie adesse debet Nam maria interp̄tatur maris stella. Amarum mare dña ⁊ illuminata: Est eñ stella naujgantib⁹ hoc mare magnū et spatiosuz manibus in quo reptilia quoz̄ nō est numerus Sed maxime stella est qz emisit per natiuitatem filij dei radiū mēti nře irradiatiuū Amarum etiā fuit mare qñ in passione gladius a Symeone p̄dictus. Lu. ij. eius animam pertrāsiuit. Dña equidē facta est in sua assumptione: qñ exaltata est sup chozos angeloruz ad celestia regnaz facta est domina ⁊ regina angeloz. Sed illuminata mirabiliter fuit in anime sue in corp⁹ infusiōe. Mirabilius tū in filij dei cōceptione. Sed mirabilissime in sua assumptiōe et glificatione vbi vltra oēs beatos angelos ⁊ animas simul iūctas diuina visiōe manet irradiata. Ecce p̄ma excellētia xginalis. qz excellit oēs alios in natura

Qz beata virgo multipliciter oēs i gr̄a superexcellit. Capi. ij.

Ecūda excellētia est gr̄e dei: de qua angelus subdit: Gratia plena. Hoc ꝑm triplicē intellectuz exponi potest Primus est gr̄a plena. Gratia inquā scz corpali spirituali et singulari: Nam gr̄a corpalis fuit gr̄a virginitatis in carne: vnde Cañ. iij. Hortus cōclusus fons signat⁹ denotatur Gratia spūalis fuit abūdantia virtutum in mēte. ꝓpterea etiā Cañ. iij. Via eius dicitur fons hortoz̄ ⁊ puteus aquaz viuentiū. Gratia singularis fuit p̄sentia filij dei in vētre. Jō Cañ. vij. Venter tu⁹ sicut aceruus tritici. i. plenus illo grano tritici atqꝫ frumēti. qui de se ait. Jo. xij. Nisi granū frumēti cadens in terra. i. i beatā virginez p incarnatiōem mortuū fuerit p passionez ipm solum manet ꝛc. Secūdus intellectus gr̄a plena. Maz fuit in ea vacuitas siue pfunditas hūilitatis puritas xginitatis. ⁊ soliditas caritatis qz has xtutes plenissime habuit ⁊ in summo. Ad hoc eñ q vas impleat ⁊ teneat liquoz̄ bonū ista tria requirūtur. s. q vas sit vacuū siue pfunduz: q sit purū: qqꝫ sit solidū siue firmū que oia fuerūt in xgine mre. vñ Cañ. vj. Admirantes de ipa angeli. Querūt. Que est ista q pgredit quasi aurora cōsurgēs. Pulcra vt luna ꝓpter virginitatez. Electa vt sol ꝓpter feruentē caritatē. Terribil⁹ vt castroz̄ acies ordinata: ꝓpter pfundissimā hūilitatez qua nihil demonib⁹ terribili⁹ est. Tertio in super intellectus. Gratia plena. Omnis nēpe gratia que huic seculo communicatur triplicem habet processum. Maz a deo in xp̄m. A xpo in virginem A virgine in nos ordinatissime dispensatur. Primo namqꝫ omnis gratie deus ⁊ dominus donator est. Juxta quod Jaco. j. c. scriptum est. Omne datū optimuz et omne donū perfectū desursum est descendens a patre luminū. Scōo procedit a domino iesu christo inc̄tum est homo. Ipse nāqꝫ in presenti seculo viuens meruit nobis omnem gratiā quā deus dispoſuerat dare huic mundo. Sicut Jo. j. c. scriptū est. De plenitudine eius accepimus omnes ⁊ gratiam p gratia. Tertio processus est a virgine benedicta. A tempe eñ quo concepit deū in vtero suo quādā vt sic dicam iurisditionem seu auctoritatē habuit in omni temporali processione spiritussancti. Ita q nulla creatura aliquā a deo recepit gratiam nisi scōm dispensationem ipsius virginis matris. Cum enim christus sit caput nostrū a quo omnis influxus diuine gratie in mysticum corpus fluit. Beata virgo est collum per quod hic fluxus pertransit ad corporis membra. Sicut Salomon Cañ. vij. testatus est de christo predicens. Collum tuum quod est virgo beata sicut turris eburnea. Unde Bern̄. Nulla gratia venit de celo in terram nisi transeat p manus marie. Merito ergo dici potest gratia plena a qua omnes gratie manent in ecclesiā militantez. Figurata in fonte illo de quo Ezech. ij. Qui de terra ascendens irrigabat vniuersam superficiem terre. Et iterum ps. ait: Fluminis impetus lenificat ciuitatem dei id est. ecclesiam militantem.

Qz beata virgo multipliciter omnes in gloria superexcellit.

UVA. BHSC. IyR_032

Capitulum.iij.

t Tia virgīs excellentia est glorie: de qua per angelum subinferť dominus tecuz. Non tantū cōiter sicut cū alijs cū ꝗbus est p participationez gratie sed tecum singulariter in qua est per cōmunitatem nature: qz in vtero virginis natura nostra vnita est nature diuine qō quidē fuit in virgine gloriosa singularis. Vnde de ipsa Prou.xj. scriptū est. Mulier gratiosa.i. plena gratia inuenit gloriā. Illa namqz de qua Prouer.x. Gloria patris filius sapiens qui ē christus. Ait ergo dominus tecum qō triplicit exponi pt. Primo modo dñs tecū dñs ē est pater: dominus filius: dominus spiritus sanctus. Tecum domin⁹ pater qz tu sponsa patris. Tecum dominus filius: qz tu mater filij. Tecum domin⁹ spiritussanctus: quia tu spiritussancti thesauraria cōprobaris. Et tñ nō tres domini incarnati in te sed vnus ē dominus. scilicet filius incarnatus: qz in te verbū caro factū est ⁊ habitauit in nobis Jo.j. c. Scdo etiā dominus tecū: tecum ante vterum tecum in vtero: tecum post vterū. Ante vterum te presignans in multis prophetijs ⁊ figuris Vnde Geñ.vj. Fac tibi archā de lignis leuigatis ⁊c. Ecce figura. Et Esa.vij. Ecce ꝟgo cōcipiet ⁊ pariet filiuz: ecce prophetia. In vtero tecum sanctificans pś. Sanctificauit tabernaculū suū altissim⁹. Post vterum te secū dans. Vñ Lu.j. Ecce cōcipies in vtero ⁊ paries filiū. Tertio quoqz dñs tecū. Tecū erā in mente. Tecū in ventre. Tecū in potestate Tecum namqz in mente per virtutū abundantiā. Vñ dictū est supra. Aue maria gratia plena. Tecū in ventre per sui presentiam Lu.j. Ecce cōcipies in vtero ⁊ paries filium Tecū in potestate propter peccatoz indigētiam cum de deo p nobis facias quicqd tue placuerit charitati. In cui⁹ mysteriū. iij. Regū. ij. c. dicit Salomon ad matrē. id est. christus ad virginē. Pete mater mi neqz eñ fas est vt auertā faciem tuā. Propterea culpa eius esset si eum nollet placare nobis. Jō deuotus Bersi ait: Securū habes o homo accessum ad deū: ibi habes matrē ante filiuz: filium ante patrē. Mater ostēdit filio pectus ⁊ ubera: filius ostendit patri latus ⁊ vulnera Nulla ergo poterit esse repulsa vbi tot sunt charitatis insignia. Ecce dulce tecū quodvtinaz sit semp mecū necnō ⁊ vobiscū. Et sic ex his q̄ dicta sūt ptz primū mysteriū. ſ. salutationis virginis matris.

¶ Articulus secundus de tripli ci benedictione que in salutatione angelica demonstraſ.

Ecundū mysteriū est cōmendatiōis
s vbi triplex cōmendatio p ordinē declaraſ. prima est de benedicta matre scōa vero de benedicta prole. tertia autez de benedicto nomine.

Qz beata virgo bñdicta ī mulierib⁹ tripliciter declaraſ. Ca.j

Rima cōmendatio est de benedicta
p matre. Vñ subdiť: Benedicta tu in mulierib⁹. Qz potest exponi ſm triplicē intellectū. Primus intellect⁹ est benedicta tu in mulierib⁹. id est. sup omnes mulieres: quia ꝓueniſti ad tertiū benedictiōis gradum in genere mulieb⁹ ad quez alia mulier nunqz attigit vel attingere potest. prim⁹ gradus est qꝺ fecunda est sed nō virgo. scōs qꝺ ꝟgo ſ. fecunda. tertio qꝺ virgo simul ⁊ fecunda. Duo ñempe primi cōmunes sunt ceteris mulierib⁹. tertius vero solius marie proprius est. Propterea Lu.x. scriptū est. Maria optimā partē elegit que non auferet ab ea. Bona quippe pars qꝺ fecunda. melior aūt qꝺ virgo. ſz optima qꝺ virgo ⁊ mater qō soli marie datum est. Simulqz considera circa hoc tria inaudita super oēs mulieres in Maria gesta. Fuit enim simul in vnū parēs ⁊ virgo mater ⁊ filia: plena ⁊ vacua: filio dei plena: sermine hominis vacua. Vñ Luc.j. iubilando cantabat virgo beata dicens. Quia fecit mihi magna qui potēs, ē ⁊ sanctū nomē eius. Et pś. Cantate dño canticū nouū qz mirabilia fecit. Scōs intellectus benedicta tu ī mulieribus. id ē. inter mulieres. Et hoc insuper triplici ratione qz benedictionē participauit cū omni statu ⁊ genere mulierū. Fuit enī cuz virginibus virgo: cuz cōiugatis fecunda: cū viduis cōtinens ⁊ casta. ꝓpterea ei Eccī. xxiij. dictū est. In iacob inhabita ⁊ in israel hereditare ⁊ in electis meis mitte radices. Jacob enī interp̄tatur luctator p quē status cōiugatorū significaſ. Israel aūt ab angelo suscepit nomē qñ emarcuit femoris ei⁹ neruus Electi nempe merito virgines nuncupanť: qz hi sequunť agnū q̄cūqz ierit vt dicit Apocal. xiiij. Terti⁹ intellect⁹ bñdicta tu in mulierib⁹. i. a mulierib⁹. Et hoc quidē ꝓpter triplicē bñdictionē quā mulieres p ipsaz obtinuerunt cōtra tria mala a quib⁹ liberate sūt p virginē bñdictā. primū malū fuit verecundia Eue. scōm maledictio legis. tertiuz deiectio nature. Primū autē malū fuit verecundia eue. Que namqz mulier fuisset ausa ap-

UVA. BHSC. IyR_032

pare cuz p̄ mulierē fuerit perditū totū' gen⁹ humanū. Propterea in signū huius dat eis in capite velū. Ac mulier benedicta maria ō hac cōfusione ipsas redemit dū per ipsuz genus humanū saluatū est. Ūñ glosa sup illō Missus est angelus gabriel ꝛc. inquit Mulier a diabolo seducta mortē intulit. Ecōtra mulier ab āgelo edocta salutē edidit. Scōm malum erat maledictio legis p̄ quā maledicta erat omnis mulier q̄ non p̄ducebat semen in israel Deut. xxij. c. Dura necessitas ꝛ graue quidē iugū super filias eue. Mā si pariunt cruciant si nō pariunt maledicunt. Sz hoc maledictū benedicta maria virginū primiceria abolevit dum prima suā virginitatē domino cōsecrauit. Ideo p̄s. de ipsa ait: Adducent regi. s. christo virgines post eaz. id ē post reginā que prima sūmo regi dedicauit virginitatē. Proxime eius. id ē. vidue ꝛ cōtinentes que virginib⁹ proxime iudicant offerent tibi. s. christo. In hoc mysteriū Exo. xv sumpto tympano. id est. carnis mortificatione a maria egresse sunt oēs mulieres p⁹ eā cū tympanis ꝛ chorīs ꝛc. Tertiū malū deiectio est nature seu cōditionis. Naturalit aūt deiecta ꝛ infirmata est cōditio mulicbris. vñ Prouer. vlti. Mulierē fortē quis inueniet? Sed ecce prestito inuenta est cuius preciū p̄cul ꝛ de vltimis finibus q̄ est christus filius dei patris. Que sua fortitudie diabolū sup plātauit: sicut Gen. iij. de ipsa mystice scri. ē Ipsa p̄teret caput tuū. propterea cessauit abiectio mulier. Ūñ Judith. xv. c. ipsi Judith i persona virginis dictū est de his trib⁹. Tu gloria hierlm contra verecūdiā eue. Tu letitia israel cōtra maledictū legis p̄ quo liberate letant? Tu honorificentia populi nostri cōtra abiectionis opprobriū.

De bñdicto fructu vētris virginalis. Capi. ij.

Ecūda cōmendatio est de benedicta ple. de q̄ subdit: Et benedict⁹ fruct⁹ ventr̄ tui. hec fūt v̄ba Elizabeth ab ea dicta q̄n a virginite visitata fuit. Quever ba ecclesia cū salutatōe angeli virginē salutādo cōmisceat vt ex vtroq̄ choro. s. angelorum et hoim venerāda ꝛ salutanda gloriosa virgo mōstret: Ait em̄ Elizabeth. Et bñdictus fruct⁹ vētris tui: ꝛ merito quidē q̄ q̄ntuplicit bñdict⁹. Primo bñdict⁹ in flore. s. vñ p̄cessit q̄ superi⁹ dictū est de virgine benedicta tu i mulierib⁹. Scōo bñdict⁹ in decore. Unō in p̄s. Speciosus forma p̄ filijs hoim. ꝛ Sap. vij. Candor est em̄ lucis eterne ꝛ speculū sine macula. Et iterum Cañ. v. Dilectus me⁹ candidus ꝛ rubicundus electus ex milibus ꝛc. Tertio benedict⁹ in odore Cañ. j. Trahe me post te: curremus in odore vnguentorū tuorū. Et Gen. xxvij. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Quarto benedictus in sapore p̄s. Gustate ꝛ videte q̄m suauis est dominus. Et Cañ. ij. Sub vmbra illi⁹ quē desideraueram sedi ꝛ fructus eius dulcis gutturi meo. Quinto benedictus in valore: q̄ fuit redēptio generis humani: Unō. j. Cor. vj. Empti estis precio magno glorificate ꝛ portate deuz in corpore vestro.

De trib⁹ excellētijs nominis ieſu. Capi. iij.

Ertia cōmendatio est de bñdicto nomine q̄ est ieſus. de quo ad presens solū tria cōsiderare sufficiat. s. breuitatē: imēsitatē: et suauitatē. Primo nota breuitatē in dicto: q̄ nō sunt nisi due syllabe vt non haberet homo in dicendo ꝛ frequenter nominando hoc sanctissimuz nomē. Ūñ ad Ro. ix. Verbū breuiatū fecit dñs. De verbo abbreuiato ē nomē ies⁹ de dei filio icarnato. Scōo p̄sidera imēsitatē in virtute Psl. xij. Nō ē aliud nomē sub celo datū hoib⁹ in q̄ oporteat saluos fieri. Et Phil. ij. Donauit illi nomē q̄ ē sup oē nomē vt i nōie ieſu omne genu flectat celestiū terrestriū ꝛ infernorum Propterea ad reuerētiā ꝛ gloriā hui⁹ sanctissimi nois decretalis ab ecclesia emanauit ex de imu. eccle. c. decet domū dei sanctitudo, li. vj. vbi dicit. Cōueniētes ibidē. s. in ecclesia nomē illud q̄ est sup oñe nomē a q̄ illud sb celo nō ē datū hoib⁹ in quos saluos fieri credentes oporteat. Nomē videlicet ieſu xp̄i q̄ saluū facit populū suū a peccatis eorū exhibitione reuerētie spēalis attollāt. Et q̄ generalit scribit: In nōie ieſu omne genu flectat singuli singulariter i seipsis iplētes p̄cipue dū agunt missaz sacra mysteria gl̄osū illud nomē q̄nq̄z recolit: flectāt genua cordis sui. q̄ vel capitis inclinatione testent. Ḃ illc Ergo, ex his ptz q̄m dicim⁹. Aue maria. Et venim⁹ ad Ḃ nomē ieſus saltē caput inclinare debem⁹. Tertio ꝓpterea p̄sidera in Ḃ nōie suauitatē in sapore. vñ Bern̄. ait: Jesus mel i ore melos i aure: iubil⁹ i corde. Et alibi iubilose cātādo ait: Dulcis ieſus mēoria dās v̄a cordis gaudia: ꝑ sup mel ꝛ oia ei⁹ dulcia p̄fitia. Nil canitur suauius: audit nil iocūdius: nil cogitat dulcius q̄m ieſus dei filius ꝛc.

Articulus tertius de trib⁹ que ponunt in fine salutationis angelice quādo incipit aue maria

UVA. BHSC. IyR_032

Tertiū mystetium est supplicationis q̄ in fine salutationis ⁊ cōmēdationis in Aue maria solet a fidelib⁹ frequē tari. In qua supplicatione tria facere solent. primū inuocare. scōm laudare. tertiū postulare.

Q̄ beata virgo in oī necessitate inuocāda ē. Capi. j.

Primo nāq; ab infidelib⁹ inuocat cū dicit sancta maria: Et merito quidē Cū em̄ maria interp̄tet maris stella. Nocte siquidē transeuntib⁹ nobis p̄ hoc mare magnū ⁊ spatiosū: opus est hanc stellā notare q̄ cardini celi iesu p̄pinquissima est: vt nō solū eius chorusco splēdore possim⁹ dirigere cursum nostrū cū salute: verūetiā in q̄cunq; necessitate nostra possim⁹ eā cū oī fiducia iuocare. Ūñ Bern̄. In periculis: in augustijs: in rebus dubijs mariā cogita: mariā inuoca Nō recedat ab ore: nō recedat a corde. Et vt impetres ei⁹ orationis suffragiū ne deseras conuersationis exemplū: ipsā sequēs nō desperas: nō desperas.

Q̄ta sit dignitas esse virginē matrem dei. Capi. ij.

Secundo a fidelib⁹ laudat cū dicitur mater dei. Tanta nēpe ē laus quā ei tribuim⁹ cū dicim⁹ mater dei: q̄ nec i psonis creatis vt angelis vel hoib⁹: nec in p sonis icreati recipit hec incogitabilis dignitas. s. q̄ habeat dei filiū nisi in vna psona diuina q̄ ē patris: ⁊ vna psona hūana q̄ est matris. Insup mai⁹ ē hoc donū q̄ sit mater dei q̄ q̄ sit domina creaturaꝝ dei: q⁹ hoc dependet ab alio sicut ram⁹ a radice: ꝓpterea ei potius dicimus mater dei q̄ dña mūdi vel vniuersi.

De postulatione q̄ ī fine angelice salutationis poni solet Capi. iij.

Tertio ⁊ vltimo postulatio subinfert cū dicit: Ora p̄ nobis peccatoribus Q̄to em̄ mediator inter peccatores ⁊ deum ad intercedendū est ꝑmptior ⁊ vehemētior ⁊ ad impetrandū dignior ⁊ reuerētior ⁊ gratiosior: tāto ceteris par⁹ ē vtil⁹ eū habere p̄ mediatore. Sz q̄ natura cōpari potit supplicationi materne? Astat em̄ p̄ nob⁹ supplex a dextris filij vere regina: q⁹ sūmi regis mater Per generosaz cōceptionez: q⁹ sūmi regis filia. Per gratiosaz adoptionē: q⁹ sūmi regis spōsa. Per glorioſaz assumptionē. Astat inq̄ talis regina p̄ deuote postulantibus ad intercedendū cōtra indignationē iudicis: ad excusandū defectū nostre infirmitatis: ad sūueniendū accipiens p̄ nobis plene influxū diuinitatis. Quā nobis infundat hic p̄ gratiam ⁊ in futuro p̄ gloriā ipse filius dei iesus q̄ cum patre ⁊ spiritusancto viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ Amen.

Feria quarta post dñicā oliua rum de his que male se habent circa dñicū sacramētū. Ser. liij.

B altitudine

dei timebo: Ego vero in te sperabo p̄s. lv. Quia iā instat sacratissimū tps q̄ quilibet p̄parare se debz ad sumendū dñicū sacramentū. Ideo vt cuilibet innotescat quid ei necessariū est. Considerare oportet q̄ tria sūt hominū genera q̄ male se habent ad sacratissimuz corpus x̄pi. Primo sunt quidā qui illud nō suscipiūt. scōo sunt q̄dam qui male suscipiūt. tertio sunt quidaz q̄ male eūciunt. primi male. scōi peius. tertij pessime. primū ē peccatū cecitatis. scōm fragilitatis. sed tertiū iniquitatis. Cōtra hec tria in p̄sona veri fidelis ꝓpha ait: Ab altitudine dici ego timebo: ego xo in te sperabo. In q̄b⁹ sacratissimis x̄bis oñdit ꝫ tria p̄dicta tres esse necessitates circa hoc sacramētū ad quas hoies obligant. p̄ma ē amoris. scōa ē timoris tertia ē vigoris. Prima ē amoris obligantis ꝫ nō suscipiētes. ibi ab altitudine dei. Scōa ē timoris retrahētis cōtra male sumētes. ibi timebo. Tertia est rigoris stabilientis ⁊ pseuerātis cōtra male illud eūciētes. ibi: ego xo in te sperabo. Et in his quinta religiositas q̄ dicit animi obligati insinuat: q⁹ quilibz ad has tres necessitates obligatū se intelligere debet.

Articul⁹ primus de septē obligationib⁹ quib⁹ hō diuersimo de obligat erga dñi sacramētū.

Prima necessitas ē amoris obligātis ⁊ h̄ p̄tra q̄sdā q̄ h̄ nō suscipiūt sacramētū. Et de h̄ ꝓpha ait: Ab altitudine dei. Ad lr̄az vocat diē altā resurrectionis dñice diē: q⁹ tūc incipiūt iā magni dies atq; solus calor fort⁹ ingalescit. Alta q̄z dies allegorice dici p̄t feruēs dilectio x̄pi: q̄ sic ardēt dilexit nos q̄ nob in cibū tradidit semetipsū vt in sep charitatē totalit̄ trāsformaret. Spiritualit̄ tñ ⁊ specialit̄ resurrectōis dies ab affectu alta merito nūcupat: q⁹ ex sacra cōione q̄ in tali die a fidelibus sūmi dz q̄si in alto

UVA. BHSC. IyR_032

Sermo Lm

feruore solis spūalis ⁊ intelligentia illustrat ⁊ affectio inflāmat ⁊ hūana facultas in dño roborat. Circa aūt hāc necessitatē septē obligationes subdistinguam⁹. ꝑma ē cōionis. ſcōa inductionis. tertia expulsionis. q̄rta ꝑuationis. quinta orationis. sexta cōfessionis. septima dilationis.

De obligatione ad cōionē et quadruplici tpe hui⁹ obligationis. Capi. j.

Prima obligatio ēcōmunionis. Cū p eniz ꝓncipaliter duplex sit modus sumendi hoc sacramentū. ſ. spūalit ⁊ sacramētaliter. Oēs de necessitate salutis tenent saltē spūalit māducare: qz hoc ē xp̄o incorporari vniri ⁊ in eū tanq̄ legitimū mēbz trāsformari. Talis nempe māducatio spūalis percipiēdi hoc sacramētū obligat ⁊ includit desideriū seu votū. Propterea sine voto pcipiendi hoc sacramētū nō pōt homini esse salus. Sz frustra q̄z esset votū nisi ope impleret q̄n oportunitas adueniret. Et ideo obligat atq̄ tenet homo hoc sacramētū sumere etiā si de hoc p̄ceptū aliter ecclesia nullū daret: cū hoc ipsū a dño sit p̄ceptuz Jo. vj. Nisi māducaueritis carnē filij hois ⁊ biberitis eius sanguinē nō habebitis vitā in vobis. Et Math. xxvj. Hoc facite in mcā cōmemorationē. Et cū hoc cōcor. Tho. Aliter tñ dic̄ Bonauen. Ex hoc nihilomin⁹ xp̄i p̄cepto varia statuta ⁊ cōsuetudines in dei ecclesia sunt exorta. Primo cni in ecclesia primitiua q̄n feruor dei flāmescebat ⁊ deuotio sanguinis ihesu xp̄i recenter effusi in fideliū mentib⁹ bulliebat: statutū fuit q̄ fideles q̄tidie sumerēt dñi cū sacramētum: sicut patz Actl. ij. ⁊ de cōse. di. ij. c. pacta dic̄ papa calixt⁹. Peracta ꝓsecratione oēs cōicent qui noluerint ecclesiasticis carere liminib⁹: sicut eñ apli statuerūt ⁊ sancta romana tenet eccl̄ia. Ꝫ ille. Scōo aūt tpe tā feruore diminuto cōicabāt q̄dā q̄tidie ⁊ q̄dā quolibet die dñico sicut ptz in libro de ecclesiasticis dogmatib⁹. Et habet de cōse. di. ij. c. q̄tidie. vbi satis innuit Aug⁹. hoc etiam suo tpe a multis obseruatū d. Quotidie eucharistie cōionē accipere nec laudo nec vitupero: oib⁹ dñicis dieb⁹ cōicandum hortor. Tertio vero tpe adhuc magis frigescente deuotione fideliū p̄ceptū est vt ter in anno q̄libet catholicus sumeret dñicū sacramētū: sic patz de cōse. di. ij. c. ⁊ si nō frequēti⁹. vbi papa Fabian⁹ ait: Et si nō frequēti⁹ saltē ter in anno hoies cōicent nisi forte quis maioribus criminib⁹ impediat: in pascha videlicet: in pētecoste ⁊ in natali dñi. Et ex cōcilio agathanensi eadem di. c. seculares p̄ceptū ē. Seculares q̄ natale dñi: pascha: penthecoste nō cōicauerint catholici nō credant nec int catholicos habeant. Et idē in. c. ois hō. e. di. Sother q̄z papa dixit in cena domini esse cōicandū. e. di. in cena dñi. Sz hoc erat ꝓsiliū nō p̄ceptū. Quarto aūt tpe frigescēte caritate multoz ꝓpter abundantiā iniq̄tatū: statuit Innocenti⁹ tertius q̄ saltē semel in anno. ſ. in pascha fideles cōicent: sicut patz extra de peni. ⁊ remissi. c. omnis vtriusq̄. Et q̄ saltē semel in anno nō cōicat obdurat in corde: sicut patet lxxxij. di. p̄byt⁹ i medio Cōcor. Richar. i. iiij di. xij. in fine penul. q̄stio. Et Bonauē. vbi supra.

Q̄ pntes ⁊ curā habentes familiaz tenēt reducere filios et subditos suos ad sacrā cōionē ⁊ qua etate sit cōicādū. Ca. ij

Ecūda obligatio est inductiōis Qui s bus eñ pater et mater: imo quibus paterfamilias ex precepto diuine et fraterne caritat⁹ tenetur nō dico cogere, sed rōnabiliter inducere quēlibet de familia sua ad sacram cōmunionē sumendā saltez semel in anno: ⁊ filios ⁊ filias ⁊ famulos ⁊ famulas ⁊ alios quoscūq̄ habz in cura famuliari Ratio hui⁹ est quia debet diligere proximū suū sicut seip̄m sicut Lu. x. p̄ceptū est. imo non soluz ex hoc p̄cepto tenet ad hoc inducere illos: sed etiā q̄ diebus p̄cepti audiāt missam sanctificēt festa. cōfiteant. ⁊ ieiunāt sicuti obligantur: vnde p̄cipit. Eccl̄i. vij. c. dicēs Filij tibi sūt: erudi illos ⁊ incurua illos a puericia illoz̄ Ne quos nō incuruasti cū potuisti merito incuruare nō possis cū velis. Eccl̄i. xxx. Qui docet filiū suuz laudabitur in illo. et in medio domesticoz̄ in illo gl̄iabitur. Si aūt q̄rat q̄ etate debēt iduci pueri ad hoc sacm suscipiēdū. Dicēdū fm Alexan. de hal. q̄ iuxta iudiciū boni viri pēsanda sunt in puero tria. primū etas. scōm est discretio. tertiū est deuotio. Primo q̄dē ꝓsiderāda ē pueri etas scz. x. vel. xj. ānoz fm Alexā. ⁊ Tho. ⁊ Petr. de tharātasia. Scōo ꝓsiderāda ē ei⁹ discretio id ē. cū ē doli capax: sicut dicit glo. c. ois vtriusq̄ sex⁹. extra de pe. ⁊ remiss. Tūc eni peccare pōt. extra de delic. pue. c. pueris. q̄ q̄dez añ p̄dictā etatē etiā euenire ꝓtigit. Sz postq̄ pueri peccare p̄nt imo cōit pectāt: iō remedium debēt suscipe pctōz: q̄ est hoc suscipe sacramētū. de ꝓse. di. ij. añ būdictionē. vbi oz Qui māducauit b̄ corp⁹ fiet ei remissio peccatoz. vbi glo. venialiū vel etiā mortaliū: ō q̄ lati⁹ in sequenti feria dicturi sum⁹. Nisi eniz puer discretionis iudicium habeat maxime

UVA. BHSC. IyR_032

q diſcernat differentiā inter hoc ſacramētū et cōmunē panē nōdū eſt inducendus ſuſcipere ſacrā cōmunionē :licz quidā greci ꝓtrarium faciunt ꝓpter hoc q dyonisi⁹.c.ij.eccleſiaſtice hierarchie: dicit baptiſatis eſſe ſacraz cōmunionē dandaz: nō intelligētes q dyonisi⁹ de baptiſmo loquit adultorū. Nec tñ aliquod detrimentū patiunt ꝓpter hoc q dñs inquit Jo.vj. Niſi manducaueritis carnem filij hois ⁊ biberitis ei⁹ ſanguinē nō habebitis vitā in vobis. Quia dicit Aug⁹. Bonifatio ſcribens. Tūc vnuſquiſq; fideliſſime corporis ⁊ ſanguinis ꝓticeps fit ſpūaliter qñ in baptiſmo membꝝ corpis xpi efficit. Hec eſt ſententia Thome. Tertio cōſideranda ē pueri deuotio. Nā ſi in eo aparet q cum deuotione ſuſcipiet ſanctā cōmunionē inducē dus eſt ad illam.

Qz expelli debet de eccleſia vl excōicari qui admonitus ſemel in anno nō ſuſcipit ſacramentū. Capi.iij.

Tertia eſt obligatio excluſionis. Qui
q cunq; eni taliter obligatus ſemel in anno ad minus in paſca noluerit ſuſcipere ſacramētū a b ingreſſu eccleſie arcendus eſt: ſicut patet extra de pe.⁊ re.c.oīs vtriuſq; ſex⁹.⁊ de cōſe. di.ij. c.ſi q̄s. vbi dicit: ſi quis intrat eccleſiā dei ⁊ ſacras ſcripturas audit ⁊ ꝓ luxuria ſua auertit ſe a cōmunione ſacramēti ⁊ in obſeruandis myſterijs declinat cōſtitutā regulā diſcipline. Jſtū talē ꝓſciendū de eccleſia catholica eſſe decernimus donec penitentiā agat ⁊ oſtendat fructum penitentie ſue vt poſſet cōmunionē ꝓcepta indulgentia ꝓmereri. Scōm aūt Auguſtinū Grego.⁊ Hoſti. Si preſbyter habet aliquē prochianū peccatorē qui nolit confiteri neq; penitere: primo illū arguat oportune.ſ.monendo. ſcōo ipoztune. ſ. ſuſpendēdo ⁊ interdicendo. tertio aūt creſcēte ꝓtumacia excōicand⁹ ē vel ſuperiori denūciādus. ar. ad hoc.xxxij.q.v.c.ꝓceptū. Qui aūt ſūt illi q̄ b ordie puniēdi ſūt declarat. vj.q.j.c.illi q̄ vbi aſſignant oēs illi de q̄b⁹ apl's ad Gal. v. c. ait: Manifeſta ſunt opa carnis ⁊c. Jnt̄ q̄s ſūt publici fornicatores ſeu adulteri: veneſici tenentes odia ⁊ inimicitias: ꝓtentioſi emulatores: iroſi: rixoſi: ponētes diſſentiones ⁊ ſectas: inuidioſi homicide ⁊ his ſiłia: ſic̄ ſunt ꝓiurij: vſurarij: incātatores: blaſphemi: luſores: ꝓtiales: raptores ⁊ cōſiles oēs q̄ ꝓ platos ⁊ ꝓ prochiales p̄dicto ordine corrigendi ſūt ⁊ excōicandi ſi incorrigibiles fiāt. Ad hoc. xxij.q.j.p̄dicandū. xxiiij.q.iij. ita q;. ⁊. c. tam ſacerdotes. ij.q.j. mlti. Nā ad eccleſiā ptinet decernere de peccato ⁊ corrigere delinquentes. extra de iudi. c. nouit. hec q̄ſi oia notat glo in. c. ad audientiā extra ō ſponſa. Si aūt nō poſſet h cōmode fieri ꝓpter multitudinē vel ꝓpt ptātē hoim eos verbis q̄tū pōt sacerdos vel plat⁹ moneat ⁊ terreat ⁊ q̄tū i ſe ē dc q̄d pōt faciat ⁊ ſic aiaz ſuā ſaluet.

Qz q̄ ſemel ī āno nō ſuſcipit corp⁹ xpi ꝓuatus ē eccleſiaſtica ſepultura. Ca.iij.

Tarta obligatio ē ꝓuatiōis. q̄libet
p cñ q̄ ad min⁹ nō cōicat in paſcate ſi ſine ſignis pnie decedit ꝓuat eccleſiaſtica ſepultura: ſicut ptz in pall'.c.oīs vtriuſq; ſexus. Sz tales tāq; bruta aialia ſepeliri debēt ī cymiterio aſinoꝝ. Sicut Hiere. xxij.c. ſcrip. eſt. Sepultura aſini ſepelief: imo ſi eccleſiaſtica ſepultura ſepelif ad cumuluz ē ei⁹ dāpnationis. xiij.q.ij. cū grauia. ⁊. c. quib⁹. Ac etiam ſi ſepulti ſūt ibi oſa ſunt exhumādi q̄ſi eorum oſſa ab alijs ſecerni poſſunt. Extra ō ſepul. ſacris eſt canonib⁹ inſtitutū ⁊ cymiterium ſeu eccleſia reccōcilianda ē. extra ō ꝓſe. eccl. cōſuluiſti. Ratio hoꝝ ē q̄ deuote ſepulture officiū bone fidei teſtimoniū ē. xiij.q.ij. nō eſtimem⁹ añ finē. Propter ea ne clerici ſint falſi teſtes aieip enitēti ſancitū ē ne taliū int̄ſint ſepulture. extra de ra.c.ij. Ex q̄ ſatis innuit q q̄ talē ipenitētē ſciens ſociat eccleſiaſtice ſepulture: a labe falſi teſtimonij non eſt imunis. Qz ⁊ ꝓ illo q̄ ñ ſuſcipit dñicū ſacramētū ī illo anno ſi decedit ſine pnie ſignis nō orandū nec oſo porrigēda ē Ca.v

q Tinta obligatio eſt oſois. ſ. q̄ null⁹ oſones vel obligationes p̄t facere ꝓ illo q̄ ad p̄ceptū eccl'ie infra ſpatiū vni⁹ anni noluerit ſuſcipe dñicū ſacramētū ſi abſq; ſignis pnie decedit. De hmōi ipenitēte ſm Bonauē. in. ij. di. xiij. dicit Jo. ſ. cano. ſua. c. v Eſt peccatū ad mortē nō dico vt ꝓ eo q̄s roget. Et itez h idē phibet ex de ſta. mo. c. j. ⁊. c ſup q̄dā. ex de furtis. c. ij. ⁊. xiij. q. ij. ꝓ obeūtib⁹. ⁊. xiij. q. ij. placuit

Qz ſine ꝓpoſito cōicādi ſemel in anno cōfeſſio facta non valet Capi.xj.

Exta obligatio ē ꝓfeſſionis. Naz q̄
s ꝓfeſſus ē ſemel in anno ⁊ cū obligaret ſuſcipe corpus xpi tūc nō fuit diſpoſitus ſtatuto tpe ſumere illud: ꝓfeſſio ei⁹ nō valet:

UVA. BHSC. IyR_032

etiteruz cõfiteri ꝛ satisfacere obligat licet de hoc sint varie opiniones. Est enim sententia diuersoꝝ doctoꝝ ꝛ maxime hosti. ꝛ Ray. et plurium aliozum doctozum q̃ qui cõfitet cũ proposito nõ abstinendi imposterũ: vel qui vult abstinere ab vno peccato ꝛ non ab alio sicut hic supradictus q̃ ab inobedientia ecclesie nõ ꝓponit abstinere ipsuz teneri iterũ confiteri ꝛ satisfacere cũ talis cõfessio non fuerit facta i caritate ẽt manẽre i eo mortali culpa ipossibile fuit petiñ sibi dimitti. Ergo si nõ fuit dimissuz debet iterũ cõfiteri et satisfacere. Vñ Aug⁹. Scio dominuz inimicum omni criminoso. Quõ ergo qui vnuz crimẽ sibi reseruat: de alio recipiet veniã: ꝛ de pe. di. iij. c. Sũt plures: vbi Aug⁹. inquit. Quedam impietas infidelitatis est ab eo q̃ iustus est ꝛ iusticia dimidiã sperare veniã. Sed talis reseruat sibi peccatũ inobedientie ecclesie sancte quod est idolatrie. lxxxj. di. si qui. Non enim est dispositꝰ suscipere corpus christi scõm q̃ precipit in preall. c. omnis vtriusq̃ sexus. preterea existens sine mortali mẽbrum efficit corporis mystici ihesu christi. Sz membꝝ sustentari debet alimẽto corpis xpi veri alioquin aridũ necesse ẽ fieri sicut ꝛ corporeuz membrũ ad quod corporalis cibi nõ transmittit nutrimentũ. Itẽ q̃ grauius ẽ talis maledictionẽ incurrit. ỏ qua Eccs. iij. c. dicit. Ve soli: quia si ceciderit nõ habet sub leuantem.

Q ex plurib⁹ causis sacra cõmunio est differenda vel denegãda. Capi. vij.

De christi examinatione atq delusione facta coram pontifice caypha. Ca. iij.

Tertia cōtemplatio ptinens ad processum dñice passiōis: tria alia etiam continet de ipo christo. Primū est ieſu examinatio. secūdum xp̃i cōdemnatio. tertium christi delusio. Primuz est christi examinatio. ſ. coram pontifice caypha: pterea subditur: Et misit eum annas ad cayphā pontificem. vterq pōtifex: ille cesserat: iste regebat. Scōm enī Iheron. ⁊ Chryſ.

L

tunc pontificatus emebant ab eis. ꝓpterea contra legem etiā singulis annis noui pontifices creabāt. Erat aūt cayphas pontifex anni illius. A pontifice in pontificem illuditur: ergo christus sistit coram caypha filio dei ies⁹. Aduersus quē cōuenerunt sacerdotes ⁊ scribe ⁊ populi seniores. Ecce sacerdotum sanctitas: vtrū in turpitudinē scribarū scientia ī errorem ⁊ in furorem trahitur natura senect⁹ cum hi oēs cōueniant cōtra ꝟitatem ⁊ innocentiam subuertere moliant. Oēs autez cōsilium corū erat quō christū p̄ captam iusticiaz siue apparentē potius occidere possent ⁊ non prout homicide erant in occulto in publico notarent. Cōgregatus igit cōuentus malignantiū: odio estuabāt in xp̄m. Et querebāt falsum testimoniū cōtra ieſuz vt eū morti traderent. Nō tñ dicit euangelista falsum quasi nō amplius vellent inuenire verū testimonium cōtra cum si fieri posset: sed vt ostēdat ꝗa iniquissima intentione ⁊ cū iniquissimo ꝓcessu cūcta cōtra dñm ꝓbare parabant. Inquirebant testimonia vt zelo iusticie punire viderentur: ac p̄ hoc iusticie velamē inuidiā ⁊ animi prauitatē palliare temptabant. Et cū multi prōcaci animo infruito vultu. ⁊ impudica lingua testimoniū cōtra dñm loquerent: cōuenientia nō erant testimonia. ſ. sentētie ꝓferende. Nouissime venerūt duo falsi testes dicētes: hic dixit: possum destruere templū dei ⁊ in triduo reedificare illud: vt verificaret qđ ꝓpheta ait. Insurrexerūt in me testes iniqui ⁊ mentita est iniquitas sibi. Falsi testes in ꝓferendi rectitudine fallebant. Dixerat enim xp̄s Joh. ij. Soluite templū hoc: intelligens de corpe suo ⁊ in tribus dieb⁹ excitabo illud: quod potius sonat suscitationez corpis mortui q̄ reedificationē destructi templi. Testes falsi dicebant: possum destruere templū dei intelligentes de lapideo templo. ⁊ in triduo reedificare illud. Vide ⁊ diligēter aduerte qūo ꝟitas ⁊ innocentia p̄ aduersarios scpe clarificat ⁊ tanto magis q̄nto pl⁹ insaniunt cōtra eā Nam summa laus ē xp̄i: q ⁊ apparēter minime culpabile opus cōtra eū inuenire nō possunt eum accusare de verbo: quia ex ꝟbō q istō in medium posuerūt: licet sub aliqua falsitate q vtiq̄ de se nulli⁹ ponderis erat: patz q si contra eum alia habuissent licētius quidē illa in medio ꝓtulissent. Sustinet patient dñs ⁊ saluator ad obiecta nō respondet. Propter ea subditur. Jesus aūt tacebat: sed quid facerent si loquerē cum tacendo exagitet furiosos. Nam surgens princeps sacerdotum ait illi. Nihil respōdes ad ea que isti testificant? Surgit nempe ex inquietudine mētis ⁊ seuicia efficiebat seipso supior. Querebāt respōsionem nō ad credulitatem led vt captati verbis magis ex ipa subnecterēt accusatio contra eum. Jesus aūt nihil respondebat mysterio nō timore: tanq̄ cognoscens eum qui loquebat in fraudē. Magna prudentia est tacere vbi ex oīni pte calūnia ꝓparat. Secūdo subditur christi cōdemnatio. ſ. coram pontifice caypha. Nūc tunc male iterū agitat⁹ in corde: verbis exagitat xp̄m di. Adiuro te p̄ deū viuū vt dicas nobis si tu es xp̄s filius dei bñdicti. Adiuratio est inquisitio alicui⁹ sciende veritatis sub respectu superioris potestatis: forte cayphas aliquorū relatione ꝓceperat christum se dixisse filium dei: ⁊ hoc in iudicio repeti satagebat: vt eius cōdemnatio morti per legem aptior vel apparētior esset. Jesus autē sic adiuratus ne crederet deum viuū nō diligere vel nō timere ꝓtermisso silentio disponebat dare responsum. Sed ante responsuz paucis verbis fraudulētiā cayphe detexit dicēs. Si vobis dixero nō creditis mihi. Si āt interrogauero verū nō respondebitis mihi vt ex eadē dānata radice indicet ꝓuenire verum dicenti: nō credere. ⁊ verū in responsiōe querēti nō dicere. Proculdubio cayphā voluisset interrogare iesus vt interrogato istrueret ⁊ lucrarēt aiam eius: ⁊ omniū circūstantium: nisi quia prouidebat illos ad falsitatem ⁊ mendacia ꝓlapsuros. Iterū quoq̄ fraudē illorum detegēs subdit: Nec̄ dimittetis. q. d. Sed eo armabimur hostili⁹ quorū verū illucescit clarius. Verūtñ dico vobis amō videbitis filium hominis. ſ. in iudicio quē puruz hoiem credētes nūc vsq̄ quaq̄ cōtemptis sedentē a dextris virtutis dei: vt vnū ⁊ equalem cū patre credatis filium cōregnantem ⁊ hoiem infallibiliter factū deū. Hoc Apoc. c. j Joh. ait. Videbit eum oīs oculus: ⁊ qui eū pupugerūt. i. ī die iudicij videbūt boni ⁊ mali: ne filium dei quē boni amauerūt mali contempserūt: boni ad gloriā: mali aūt ad terrorem ⁊ penam. Sedebit quiescens qui nūc in laboribus agit. Sedebit iudicans qui nūc iudicandus astat. Sedebit a dextris ꝟirtutis dei qui ad sinistram diabolice potestati morti ad iudicat. Dextera em̄ virtus dei tota est cū patre omnipotēs: ⁊ equa potentia: ⁊ tota cū deo patre omnipotēs quā habere ⁊ ostensurum se mundo p̄nunciat. Non tamen in nubibus pluuialibus aut obscuris aduenier: ꝑ virtute deificati ⁊ dei fieri corporis in nubib⁹

UVA. BHSC. IyR_032

lucidis velut in tribunali bꝰ sedens: terre ad-
iudicandū in aere more nubis efficiet ipse vi-
cinus ac iudicabit in terris positos qui de ce-
lo celestis ad terras aduenies a terrenis iudi-
cium ptulit improbandū: vt sicut in ligno pē-
dens in aere inclinato capite ꝓ oīb⁹ vt mo-
reretur tradidit spiritū: sic in aere corpe a ter-
ra exaltatus iudicabit mundū sibi subditum
vniuersum. ¶ Per experientiam ptz q xp̄s ad ca-
lumpniā interrogatus ē. Nam tūc oēs ani-
mo furioso dixerūt. Tu ergo es filius ðī: iro-
nice ac derisorie xp̄i sentētiā repetētes. Qui-
bus saluator fida voce respondit. Tos dicis
quia ego sum. Quo animo id dicatis vos no-
stis. Quacūq; tū intentiōe id dicatis verū di-
citis: quia ego sum. Tunc princeps sacerdo-
tum scidit vestimenta sua dī. Blasphemauit
vestimēta scidit: vt accusationē xp̄i redderet
grauiorē: ⁊ quod dicebat verbis extolleret fa-
ctis. Et corde adeo diuisus: diuisas adeo pa-
git actiones verāq; christi confessionē in falsi-
tatem ⁊ blasphemiā suo sensu cōuertens: ⁊q̄
dicta testiū plus attendens: cordis impetu:
malo actu: tonanti voce astantes alloquitur
dī. Blasphemauit. Velutq; in christi mortē
festinus adiecit. Quid adhuc egem⁹ testib⁹?
Ecce nūc audistis blasphemiam. Sed ne cay-
phas totus nocens solus in hoc iudicio ðlin-
quere videaē: atq; vt ferat sententiā nō quasi
a semetipso sed quasi aliorū consilio ⁊ assen-
su sibi assistentes quid videaē inquit. Sed eo
grauius crimen est quo multos socios que-
rit. Respōderūt oēs. Reus est mortis. O
stupenda nequitia improbū videre int oēs
magistratus ⁊ sapientes ⁊ senes populi iudeo
rum iusticiam cōculcatā ⁊ iniusti mortē om-
nes pariter cōuenire. At neminē cōueniri: q̄
pro innocente consurgat: aut temp⁹ defensi-
onis deposcat. O benignitas saluatoris. O
mansueta dulcedo: ⁊ bonitas redemptoris.
Quid em̄ erat videre innocentē iesum veluti
mansuetū agnum solum inter tot improbos
⁊ impios cōstitutū: facie mansuetū: vultu be-
nignum: mortem expectantē in voto ⁊ prom
ptitudine mentis intrepide psistentem. Ter-
tio subdit christi delusio. Nam anteq; morti
p iudeos adiudicatus sentiret aculeū mortis
prius suis penis saturari querētes. Expue-
runt in faciem eius velut in faciē vilissimi et
abiectissimi hominis cui ex animo verbis et
actibus exprobrabant: ac si dictorū vilitatez
sputi vilitate damnarēt: vt verificaret qđ Job
xxx.c. in psona dñi ait. Faciem meam cōspue
re non verent. Et iterum p Esa.l.c. ait. Faciē
meam nō auerti ab increpātib⁹ ⁊ conspuenti
bus in me. Et velauerūt faciem eius in deri-
sum: ⁊ colaphis eum ceciderūt: alij palmas i
faciem eius dederunt. O vultus desiderabi
lis angelis: ⁊ gene que celum repletis letitia
mūdiq; decore letificatis: quo taz crudeliter
cese estis a manib⁹ improbū. O collū p quod
effusa nobis doctrina salutis: quis ausus est
te ledere colaphorum pcussione. Sed vt om-
nis compleaē derisus in domibus iudeorum
pphetia qua ille popul⁹ sup ceteros iā effu-
sit in xp̄o capite deridetur cum pcutientes eū
dicebant. ¶ Prophetisa nobis xp̄e: quis ē qui
te pcussit: vt more diuinatoris potius q̄z pro-
phete diceret quis pcussit eū. Sz hec derisio
pphetie ad ipos impios retorta ēvt facti om
ni populo in derisum ⁊ pphetis veracib⁹ nō
credētes: ipsis oīno priuati ⁊ a pphetl mē-
dacibus decepti in sua ignorātia excecati mi-
serum in mūdo experiunē exiliū. Et q̄ xp̄m
pphetarum omniū vitatem ⁊ lumē impieve
lauerunt iusto dei iudicio sup illorum corda
velamen cecitatis ⁊ ignorātie manet vsq; ad
huc expansum: ⁊ nisi ad christum fide ⁊ dile-
ctione pertranseant in hac vita nulla ratione
tollendū. Deniq; quibusdā illorum dormitū
euntibus alij nequiores remanserunt chri-
stum vsq; ad mane ðbis ⁊ multiplicib⁹ iniu-
rijs illudentes. Expectat interim exēpla me-
stissima mater iesu cum sororibus suis impla
cabili fletu plorans ac desiderans videre dile
ctum filium suum.

Articul⁹ terti⁹ prime ptis passi
onis christi: de alijs tribus con-
templationibus que ad domini
ce passionis pertinent incremen
tum: et primo qūo christus ad-
ducitur ad Pilatum: et coraz eo
accusatur et examinatur. Ea. j.

Prima contemplatio ptinēs ad in-
crementuz dñice passionis cōtinet
in se tria. Nam ꝑmo christus corā
Pilato accusaē. secundo examina
tur. tertio excusaē. Primo quidē christus ac-
cusatur a iudeis corā preside Pilato. O hor
renda impietas iudeorū que tantis iniurijs
satiari ñ potuit: q̄n pot⁹ ferali rabie fremēs
impio iudici tanq; rabido cani animā iusti ð
glutiendam exposuit. Porro mortem christi
differre periculum autumātes: postq; in eoz
consilio fuerat diffinitum iesum morti obno
xium subiacere. Nec habētes qūo possent eū

UVA. BHSC. IyR_032

sententie mortis tradere: potestate in rhomanum imperium iam translata: aut falso religionem monstrantes: ne ꝓpter inuidiam viderentur inferre iudicium super eum. Mane autez facto initoꝯ consilio iterato principes ⁊ oēs sacerdotes ⁊ populi seniores cōtra christum vt eum morti traderent victum adduxerunt eum: ⁊ tradiderunt pontio pilato presidi. s. vt seue mortis experientia puniretur. Cunctoꝯ egrederet pontificis domum: erexit se mestissima mater Maria vt videret filium suum. Quē cum videret facie liuidum sputis deturpatum: barba ⁊ capillis capitis depilatū: ⁊ oīno a priori pulchritudine alienatum: obuiātis a matris ⁊ filij oculis simul pre dolore fere cecidit sup terram. Ad litterā circa veritatem textus est singulariter aduertendum q̄ cōmuniter textus Joh. xviij. c. ait Adducunt ergo iesum ad caypha in pretorium: sed male stat textus scriptorū culpa. Nā ſm grecos in quorū lingua Johannes euangelium scripsit: textus dicere debet. Adducunt ergo iesum a caypha in p̄torium. id est. de domo cayphe ad domum Pilati vbi erat pretorium. Considera igitur o anima mea q̄ transiuit insomnis nox illa in christo aporiato ꝓ totiens ⁊ deriso atq; pcusso multotiens: ⁊ ira seua atq; odium cordiale aliquos iudeorum fecit ad irrogandum christo iniurias vigilare. Actū insimul cōdicentes quid tradendo illū presidi accusando sibi obijcerent quo iuste moueret preses contra eū proferre sententiam mortis. Pretorium enim erat ſm traditionem antiquā ciuium rhomanorum locus iudiciarie potestatis vbi eorum fiebat exactio seu vbi p̄tor cum sapientibus: ⁊ cum populo conueniebant ad aliquid disserendum Sed pretorium Pilati sic hierosolimis dispositum erat: q̄ ex ipsius fenestris allocutio posset esse ad extra positum populū si necessitas esset. Propterea subdit. Sed principes sacerdotum ⁊ oēs iudeorum consilium pretorij Pilati nō introierunt ne contaminarent sed manducarent pasca. s. quod illo tempore celebrabant. Semper em̄ iudei vilioribus ceremonijs studiosius intendentes in maiorum magnorum voraginē ceciderunt. O damnata cecitas ⁊ peruersa conditio iudeorum verebant cōtaminare pasca: si contra traditiones suas presidis intrarent pretorium. Sed nō verebantur ad mortē iniuste deducere iustum ⁊ innocentem dominū iesum christum. Secuta est ad pretorium filium suū plorādo mesta mater cum Johāne ⁊ Magdalena: atq; cum alijs sororibus suis ⁊ alijs mulieribꝰ: que quadam naturali pietate inclinabantur ad eam. Notanter ad lām aduertendum est in hoc loco: q̄ Matth. xxvij. c. iterposuit hic de suspendio iude: quomō iudeis pecuniam restituit: ac qūo iudei noluerunt eam ponere in corbanā. id est. in gazophilatiū siue archam vbi seruabant dona oblata: quia precium ꝓ sanguine christi fundendo fuerat datum. Licet em̄ ex sua impietate ⁊ cecitate donationem illius precij forte nō iudicarent iustam: tñ oīe tale preciū iudicabant indignū poni cum donis diuino cultui consecratis. Et ideo quandā fictam specie pietatis in hoc seruare volentes: emerunt cum eo agrum figuli cuiusdam: vt esset cimiterium pegrinorum. Liues em̄ forte in paternis sepulcris tumulabantur. Et quia ager ille de sanguinis precō fuit emptus: ideo vocatus est acheldemach. id ē. ager sanguinis vsq; in hodiernum diē. Quod quidē refert ad diem quo euangelista hoc scripsit. Querit tñ Augustinꝰ in questionibꝰ noui ⁊ veteris testamēti qūo occupatis principibus sacerdotum ad necem christi a mane vsq; ad horam nonam: iudas eis reportauit preciū ante Christi resurrectionem: reiecitq; in templo: cum constet omnes principes ante passionem christi non fuisse in templo: quippe cum in cruce posito insultarent ei: ⁊ subdit se nescire quo die vel tēpore se suspenderit iudas. Et q̄ licet narret in hoc loco: non tamē sequitur ex hoc q̄ tunc fuerit factū. Hieronymꝰ tñ ⁊ Origenes supponunt: q̄ quādo iudas vidit christum morti adiudicatum preciū reddidit. dicens: peccaui: tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos. Tu videris. Et proiecti argenteis in templo recessit ⁊ abiens laqueo se suspendit. Puto igitur q̄ Matth. sicut hoc fuit enarrat ad exagerendum crimen sacerdotum: qui nec ad penitentiam iude sententiam mutauerunt: nec tamē ꝓpter hoc oportuit principes tunc interesse in templo: quia postq̄ noluerunt a iuda preciū acceptare: videtur q̄ iudas ad templū iuerit vt saltē pecuniam relinqueret ibi quam secum retinere horrebat. Sed ad seriem historie reuertamur. Pilatus denicq; cum cognouisset iesum in suum pretorium intromissum ipsis iudeis extra positis locutus est dicens. Quā accusationem affertis aduersus hominem hunc? Judei vero falsam iusticiam simulantes: ⁊ q̄

UVA. BHSC. IyR_032

non velut inuidi eum sue iurisditioni tradiderant. Responderunt. Si non esset hic malefactor non tibi tradidissem⁹ eum. Ac si aptius dicant. Non mouemur inuidia: nec odio agitamur: nec sumus in suo facto precipites Anteq̃ tradidissemus eum tibi discussimus & vidimus malefacta illius. Nil aliud q̃ maleficia sua tibi eum p te iudicandum tradere nos compellit. Igitur aperte cognosce q̃ si h̃ malefactor nõ esset: tibi a nobis traditus nõ fuisset. Pilatus vero qui leges nouerat romanorum que non damnabant reum nisi ꝑ particularibus & dissert criminibus iusta ꝓbatione conuictum persit inquirẽs. Quis littera taceat Quid disserte aduersus christũ obiciant iudei & qui sibi eũ tradiderant. Ne tamen in hac iniustissima causa succũbere viderentur sed a falsa cõmenta cõmittant dicẽtes. Hunc inuenimus subuertentem gentez nostram prohibẽtem tributa dari cesari & dicentem se regem esse. Ecce imponũt falsa infallibili veritati ac de tribus grauissimis accusant eum. Dicentes eum fuisse: primo cõtra ꝟitatem doctrine. secundo contra veritatem iusticie. tertio contra veritatem vite. Primo accusant eum fecisse contra veritatem doctrine: ꝓpterea dicũt. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. Secundo cõtra veritatem iusticie: ꝓpterea addunt. Et prohibẽtem tributa dari cesari. Tertia cõtra veritatẽ vite: ꝓpterea subdũt. Et dicentem se regem iudeorum. Exquo manifeste clarescit q̃ subuersi a diabolo dicunt christũ dñm subuertẽtem. Non em̃ subuertebat gentem quam cõuertebat ad legem: quaz nõ venit soluere sed adimplere: sicut ipe Matth. v. ait. Nec tributa cesari dari ꝓhibebat: sed reddẽda cesarea cesari interrogantibus ipse dixerat Matth. xxij. Et ad vitandum scandalum cum esset liber per Petrum staterẽ regi ante persoluerat: sicut patet Matth. xvij. Ac cum esset rex regum & dñs dominantiũ se regem nunq̃ asseruit. Potius aũt fugit cuz turbas nosceret esse venturas ad eũ ex miraculo magno motas vt euz sibi regẽ ꝑficerẽt. Joh. c. vj. Quia secreta potestate de paucis panib⁹ tantã hominum multitudinẽ satiauit. Has nempe accusationes iniquas auribus ꝓcipit mesta mr & cognoscens voluntatez filij sui tacet: nec eũ excusat aut defensat: sed fessa mente & corpore plorat. Sed Pilatus iudeorum animositatem manifeste cognoscẽs & ex ante relatis intelligens inuidiam eorũ eis ꝟm eorum legem tradidit iudicãdũ di. Accipite eum vos & ꝟm legem vestrum iudicate eum. Discant igitur christiani rectores & principes seculares a ꝑside isto pagano nõ ꝓtinere ad eos neq̃ spectare de christis post christũ amplio⁹ iudicare. Si iudei a Pilato predocti redijssent ad cor & legem cum ꝓphetis vigili mente legissent: & ꝟm illam iudicassent christum: ꝓfecto decreuissent & cognouissent penitus eẽ deuz dei filium hominẽ verũ & potius penitẽtia ducerẽtur q̃ illum tradidissent vt hominem reum. Sed quoniã p Moysaycam legem morti eum adiudicare non poterant sicut ipsi bene ꝓnouerant se falso ad religionem conuertunt dicentes. Nobis nõ licet interficere quẽq̃: ineuulsibiliter christi mortem gerebant in corde qui interfectione clamabant. Nõ em̃ eis dixerat Pilatus accipite & interficite. Sed dixerat accipite & iudicate. Dicebant autem ei interficere nõ licere aut honestate festi: aut ꝓtãslati dominij. Sz hoc Pilatus eis restituebat dicẽs. Accipite eum vos. Magis autez hoc augebant quadã sagacitate dolosa dicentes eis penitus nõ licere: vtputa q̃ a turbis & ceteris presentibus & futuris haberent immunes si nõ ab ipsis: sed a gentibus auctoritate romanorum christus mortis sententia puniretur. Secundo christus examinat. s. a Pilato. Nam Pilatus his auditis illorum iportunitate deuictus ad christi examinationem iure ordinario se conuertit. Et tribus accusationibus sibi factis: vnam tm̃ veritus que pertiuere videbatur ad tempalem romanorum statum super illam dumtaxat examinat eum. Introiuit ergo Pilatus in pretorium & vocauit iesum & dixit ei. Tu es rex iudeorum Cauebat em̃ sibi qui ex mãdato romani imperij procurabat iudeam ne aliquis rex per subdolam actionẽ insurgeret: quã ipe cauere nõ posset. Et ne romanum imperium illa ꝓuincia priuaretur. Jacturam quoq̃ persone proprie etiam verebatur. Prefixerat enim in corde suo Pilatus se christuz regem propria lingua confessum: aut morti tradere: aut romam mittere puniendum. Jesus autem prudenti cautela respondit. Interrogatus interrogans ac dicens. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me. Quasi dicat a temetipso cogitasti me fore regem: cõmunis iudex transiuit in ptem: quo facto semp est suspecta ventilatio rei. Si a temetipso cã sumpsit initium: iniustum est vt cogitatio presidium per examinatiõem exquiratur. Si autem alij di-

UVA. BHSC. IyR_032

rerunt de me: nō me interroges. Nam ipi testificent qui accusauerunt. Accusanti nō reo incūbit pbatio. Tm defensio incūbit reo. Respondit pilatus. Nunquid ego iudeus sum. Gens tua t pontifices tradiderunt te mihi. Quid feciſti. ſ. ſi nō eſt verū q̄ dixeris te regē Reſpondit ieſus. Regnū meum nō eſt de hoc mundo: quia nō terrenum ſed celeſte: nō corruptibile aut mortale: nec tranſitorium ſed ſine fine manſurū. Sicut Dañ. vij. c. ſcriptū ē. Poteſtas eius poteſtas eterna que nō auferetur: t regnū eius quod nō corrumpet. Nā t ſi chriſtus ſm iura humana erat rex mundi quia etiam ſm carnē erat nobilior homo mū di: ſicut colligi pōt infra ſermōe. lxj. ar. j. t. c. j. tm myſterialiter nō erat rex mundi. Propter ea ſubdit. Si ex hoc mundo eſſet regnū meū miniſtri vtiq; mei decertarent vt nō traderer iudeis: vt iuxta eorum petitionem iudicer: atq; affirmando ſubnectit. Nūc autem regnuz meū nō eſt hinc. Ergo regnū ſe habere dicebat ſm aliā formam preterq; mundo mōſtraret. Pilatus vero his auditis adiecit. Ergo rex es tu? Chriſt⁹ aūt addidit. Tu dicis quia rex ſum ego. Nec paruipendit verba chriſti pilatus: regnum ſed non de hoc mundo ſe habere dicentis imo magis pendit t admiratus eſt: t velut quoddā numē audiuit predictum verbum quod quidē ex ſequentib⁹ claret cum ſtatim voluerit tradere libertati vigilanti quidē ſtudio per quia: nō per q̄ ſcptū ex dictu ieſu cum replicat ad Pilatum. Tu dicis: quia rex ſum ego. Tu dicis aut ammirans aut credens: quia rex ſum ego. Et ego in hoc natus ſum t ad hoc veni in mundum vt teſtimoniū phibeā veritati. Procul dubio teſtimonium veritatis eſt confuſio falſitatis. Maxime chriſtus phibuit teſtimonium illi veritati qua vita peragenda deducit vt ad eternam vitam pueniatur. Hinc chriſt⁹ perhibuit teſtimonium in ſeipſo: t moribus illam ſeruans t docens verbo. Eidem teſtificans in miraculis t prodigijs multis: in paſſionibus t morte ſepultura et reſurrectione aſcenſiōe t pacliti miſſione: atq; veritati lamatores ad ſe pertinere oīno confeſtans dic. Et oīs qui eſt ex veritate audit vocem meam. id eſt. mihi credit obedit: t ſequitur. Nā nō diſplicuit pilato vitatis verbū quod etiaz improbi amāt. Hoc eī habet veritas dignitatis inter ceteras vtutes vt eam ſuus emulus odiligat atq; laudibus efferat. Oīs eī qui male agit inimicus ē vitatis. Nā t ſi fallere vult nō venit ad lucem: Nunc etiam impius dñs vitatē in ſeruo requirit. Fallax q̄z homo filiū: vxorem: familiā vniuerſam querit habere veracem. Ad hanc igit veritatem pilat⁹ amore cōuerſus illectuſq; dulcedie vocis eius quid ipa ſit xpm interrogans dicit. Quid ē veritas: neq; vnq; talem pilatus audierat oratione t forte p modicum tangebat cor eius a libzata prolatione verboz eius q̄ circa interrogat. Quid eſt veritas. Cui⁹ diſſertionem ſi audiſſet ab eo qui coz eo velut homo reus aſtabat: forſitan ei ſuperna claritas illuxiſſet: Cui ſi credidiſſet nō ſolum xpm liberaſſet verūetiā deſcendiſſet de ſede factus de iudice iudicatus: de preſide reus: de tyrā no collega: aio t corpe xpi pedes fuiſſet āplexus t eū tanq; dei filiū adoraſſet. Tertio vero chriſt⁹ excuſat. ſ. a pilato. Nam ad ei⁹ animum liberandi xpm via ſubito occurrit: vt lut mutabundus in animo iam mente ſuſpē ſus ad dilationē impatiens: preſertim pro ſe dando tumultu furētis populi nō expectato xpi reſponſo egredit ad iudeos. Nō odio veritatis quā ſcire querebat effugiens: ſ cōpendiū meditat⁹ vt populū extra placaret t xpm ocius liberaret. vñ ſequit: t cum hoc dixiſſet ſcz interrogando q̄d eſt veritas. Iterum exiuit ad iudeos extra. ſ. tumulātes. Iteruz eīm ideo euāgeliſta ſubiungit qz pauloante exierat vt audiret quā accuſationem adducerent cōtra xpm. Nam iterū exiuit t ait ad principes ſacerdotum t ſcribas. Ego nullam cām inuenio in hoc homine: Vide q̄z ſignanter Pilatus contra iudeos pro xpo publice teſtat dicens. Ego qui gentilis ſum natione lugdunenſi ciuiſq; romanus: nō inuenio cauſam mortis vel etiā pene iſtius quē meas tradidiſti in manus: at vbi alicui⁹ inuidia t odio delatio facta eſt: quē vere culpa nulla cōtamiat cum deficiūt ad clamores t ad condenda denuo mendacia ſe cōferunt delatores. Vñ ſequitur. At illi magis inualeſcebant voces dicentes. Cōmouit vniuerſum populū docens p vniuerſam iudeā incipiēs a galilea vſq; huc. Inualeſcebant quidē iudei malo conatu ſuper pilati vocē q̄ xpi coz iudeis innocentiaz allegabat: vt vox vni⁹ tumultātis pl̄i ſuperata clamorib⁹ atq; victa ſuccūberet: ne pateret innocētie locus quo libertatē reportās a iudicio egrederet imunis. Bonūq; t verū ſub inferebant ſed volūtate nocēdi dicētes. Com

UVA. BHSC. IyR_032

mouit vniuersum populū. Cōmouit sanepo
pulū p doctrinā melliflua aquā t opib⁹ vali=
dabat. Cōmouit ꝓm xrute miraculoꝝ atq;
signoꝝ. Cōmouit ꝓm ꝫmōib⁹ veris ad glo=
riam sempiternā: ꝓpterea sequit: docēs per
vniuersam iudeā. Ecce act⁹ istius t irrepҺen
sibilis gestus ignorantem docere incedēs cū
docuit p vniuersam iudeam incipiens a gali
lea vsq; in hierlm. Cepit quidē a galilea vt vs
q; ad hierlm ascendēdo doceret. Mā doctria
xpi facit hoies in supna conscendere: cepit a
galilea velut ab hominib⁹ min⁹ doctis vt pe
detentim pueniret ad doctos hierosolymis
constitutos.

Quomodo christus a pilato mittitur ad herodem: et ab eo il lusus remittitur ad pilatū. Ca. ij

Secunda contemplatio ꝓtinens ad
incrementū dñice passionis: t etiā
in se tria cōꝓhēdit. Primū est ad
herodem missio. scōm est iudeoꝝ
accusatio. tertiū ad pilatū remissio. Primum
est ad herodē missio. s. facta a pilato. Maz pi
latus audita noua obiectione criminū t gali
leam auribus suis sonuisse pcunctat si galile
us erat iesus. Et rei veritate compata cona=
bat eū a suo iudicio alienū t ad aliū iudicē tē
ptauit illum inferre ꝓ eo q; galileo suo iudi
cio nō substabat: potiꝰ tū vt a iudicio xpi ma=
nus suas innoxias refuaret: t vt herodē ab
ipo discordē placaret sibi tradidit iudicandū
ꝓpterea euāgelista ait. Et vt cognouit. s. Pi=
latus q; de herodis ptāte esset: remisit eu⁹ ad
herodē qui t ipe hierosolymis erat in dieb⁹ il
lis. Mittit igit xps ad herodem tanq; galile
us atq; diuina ꝓuidentia factū est: vt Hero=
des illis dieb⁹ hierosolymis interesset ad cō=
plementū dñice passionis: ad testimoniū ve=
ritatis: ad cōfusionē iudeoꝝ: q; herodes nō
inuenit quid puniret in xpo: sicut subsequēs
scriptura testat. Herodes aūt visu iesu gaui=
sus ē valde. Erat em cupiens videre illum ex
multo tempe: eo q; audisset multa de illoꝝ spe
rabat aliq; signū videre ab eo fieri. Interro
gabat aūt illum multis sermonib⁹. Cui⁹ curi
ositatem t mētis vanitatem saluator cogno=
scens: neq; signū coꝝ eo fecit: neq; ad sua in
trogata rūdit. Mō em fastidiosis animis al=
ta mysteria pandenda sunt: neq; prodigia fa
cienda coꝝ sectantibus vanitatē. Secūdo ꝓ
ditur iudeoꝝ accusatio. Adultū em ad suam
innocentiam cōꝓbandā t iudeoꝝ ꝓtera=
uiam cōdemnandā excusat xpm seua gentili
tas: q; in illo nulla iniquitas repit. Sed xps
coram herode tenente silentiū inclamitat in=
satiabilis crudelitas iudeoꝝ. Unde sequi
tur. Stabant aūt principes sacerdotuz t scri
be cōstanter accusantes eum. Exquo patz q;
a domo Pilati vsq; ad domum Herodis pn=
cipes sacerdotum t scribe christum nocendi
animo fuerant psecuti: vt si elapsus aut emis
sus erat de manu pilati: ab Herodis iudicio
tergiuersari nō posset absq; suscepta senten=
tia mortis. Accusabant aūt eum accusatioñi=
bus illis quib⁹ eum accusauerāt ante pilatū:
t tanto grauioꝝib⁹ iniqoꝝibus q̄to cos tē. ne
herodes eum absolueret amplioꝝ timoꝝ au=
gebatur. Nam quia a pilato dimissus erat si
cum liberuz dimisisset herodes suffugerat a
iudeis oñe tribunal Hierosolymis ante qō
possent christum vlterius conuenire. Quo=
rem aut exagitati a rabie christum occidendi
manibus ꝓpꝛijs grandine lapidum occidis=
sent. Aut velut appellantes ab his iudicibus
tanq; morte plectendū compeditum sub fida
custodia causarum delatione rhomam ad ce
sarem destinassent. Hec em erat iudeoꝝ dā=
nata constantia vt christus morti ꝓtin⁹ tra=
deretur. Tertio subditur: ad Pilatum christi
remissio. Quia autem etiam coram Herode
delatio iniqua defecit que nec herodē ad sen
tentiam ꝓferendam inflexit. Sed spreuit il
lum Herodes cuz exercitu suo: quia. s. signū
non fecerat: neq; ꝓtulerat ad interrogata
responsum: quem estimauit fatuum aut moz
tis terroze pauentem: seu hominem ante pre
sumptuosum in suis moribus atq; vita qui
nunc veluti imperitus in causa defecisset. Et
illusit indutum veste alba et remisit ad Pila=
tum. Et facti sunt amici Herodes et Pilatus
in ipsa die: nam antea inimici erant adinui=
cem vt verificetur quod ꝓpheta ait. Astite=
runt reges terre et principes cōuenerunt in
vnum aduersus dominum t aduersus chri=
stum eius. Non est enim verozum regum il=
ludere in iudicio constituto: sed cōdemnare
conuictum reum aut absoluere innocentem
Sed ad exagerationem passionis christi et
contumeliarum eius: etiam reges terre in=
fatuati sunt: in regem iniquum etiam assisten
tes sepe conueniunt. Et qualis rex talia sunt
t latera eius. Hinc est q; Herodes christū illu
sit cum exercitu suo. Illusus t veste alba idu

UVA. BHSC. IyR_032

tus: reuertitur ad ꝑilatum. Alba quippe vestis insinuat innocentiã patientis ac fideles posteros p fidẽ onerosos: charitate ꝓtectos: ablucdos i sanguie agni innocẽter occisi. Q̃ ãt agitatur christ⁹ inter ꝓsides atq; reges nulla causa comdemnationis inuenta: innocentiam oñimodã arguit saluatoris: que in posterum ad Tyberiũ cesarem etiam ozetenus est delata: vt etiam ipse liberius senatui rhomano ꝓponeret christum inter deos esse colendum. Quis dubitare queat q̃ virgo mater filium suum plozando sequitur: cuz ducitur ad herodem atq; post illum reuertitur: cũ remittitur ad ꝑilatum continue plozãdo in fletu cum Johanne ⁊ Magdalena ⁊ sozoribus suis.

De quibusdam alijs vijs quibus ꝑilatus christum liberare conatus est: et quomodo indei accusationem christi grauare conati sunt. Ca. xij.

Tertia contemplatio ptinens ad incrementum passionis dñice. Tria quoq; in se compbendit. Primuz est christi accusatio. secundũ est accusationis aggrauatio. tertium liberationis replicatio. Primũ est christi excusatio. s. facta a ꝑilato: ꝓpterea subdit. Pilatus autem cõuocatis principibus sacerdotum ⁊ magistratibus ⁊ plebe exiuit ad eos foras. Erat em̃ in cõclaui cum christo q̃m innocentiam suaz tuebatur. Intellexerat forte p herodis apices aut p secretarios eius delatozibus inscijs innocentiam christi: ꝓpterea ait. Obtulisti mihi hunc hominem quasi auertentẽ populum vide quãta solertia verba liberationis christi enunciat: qui eũ auertentẽ non dicit: sed q̃si auertentẽ. Nõ em̃ ꝑilatus hanc criminationem veram esse censebat. s. q̃ christus a bono aliquo aut a rectitudine auertisset. Ecce adduco eum foras: demõstratiue loquit ꝑilatus ⁊ effectu pficit qõ dicebat. Et sbdit dicẽs. Nõ inuenio cãm in hoc hoie: in his in quib⁹ eũ accusatis. q. d. Ex alijs incognitis vel non factis mihi eũ iudicare nõ licet. Et ad validationem assertionis sue inducit herodem dicẽs. sed neq; herodes. Exquo xp̃i puritas amplius elucebat q̃m duo disertissimi principes cãm mozris in xp̃o vel modice pene ꝓ commisso crimine indagatione subtili ꝓtinus inuenire poterant. Sed cum pilat⁹ in sue assertionis robur ⁊ firmamentũ assumit herodem ad ostendendũ innocentiã christi: sic ꝟba connectit dicens. Nã remisit illum ad nos: ⁊ ecce nihil dignũ morte actum est ei. q. d. Vos i ꝓbatione deficitis. Judicare ergo sine sua confessione nõ põt. ꝓinde cozã vobis interrogo si in aliquo deliquit. Nam adhuc in eo nõ inuenio cãm mozris. Emendatũ ergo dimittam. Hic verbis suis incipit exozbitare pilat⁹ cum emendare se dixerit innocentem. O fragilitas conditionis humane. O derelictio veritatis. O pilate vide quid dicas. Si innocẽs qũo emendabis: si emẽdabis qũo totiẽs innocentem ꝓclamasti: si emẽdabis iunocentẽ deuias ꝓtinus a iusticia. Spondebat iudeis sane in hoc verbo pilat⁹: vt sic eũ ad mozti sententiã nõ artarent q̃ illuz argueret verbis increpationibus imꝓmeret: verberib⁹ cedere ret: manciparet exilio: ꝓpulsaret eum de finibus iudeozũ: sed nec excusaretur ꝑilatus: si perexigue vexasset innoxius. Cum ꝟo ꝑilatus tm̃ polliceret emendare iesum morte nõ irrogata: exarsit velut ignis in spinis iudeozum synagoga maledicta. Et tunc vniuersa turba obtenebzata mente ⁊ infrunita voce exclamat. Crucifige crucifige eum: vt verificaretur quod ꝓpheta in ꝓsona Dauid ait. Verbũ iniquũ constituerunt aduersum me. Hic primo synagoga ceca ⁊ oñis iudeozum turba xp̃m petiuerũt morte puniri p crucem añ aũt hãc tetrã ⁊ horrendã vocẽ q̃uis expeterent xp̃i mortẽ nõ tñ gen⁹ mozti edixerant. Nũc ꝟo mozituro mozti gen⁹ iclamãt: vt nec cõtenti penis: nisi turpissimã moztẽdi formã iducãt. Tũc q̃dẽ crucifigi in ligno erat ihonestissimũ gen⁹ mozti: vt ꝟificaret qõ Sapiẽ. ij. scp̃. ẽ. in ꝓsona eozũ dicẽtiũ. Morte turpissima condemnem⁹ eũ. Sz in hac exclamatiõe maledicta turba gemiauit ⁊ vocẽ. Pontifices etiaz ⁊ ministri clamabãt: Crucifige crucifige eũ Dicẽ eis pilat⁹ ꝟbũ qõ paulo añ ꝓdixerat. Accipite eũ vos ⁊ crucifigite: ego autẽ nõ inuenio cãm i eũ. Nõ libat xp̃m pilat⁹: ꝟ i manib⁹ nitit tradẽ emuloz. nesciẽs q̃ nõ sat ẽ libeꝝ fieri a crimie: si ñ ledat si ñ cũ põt inocẽtiã tueat Secũdo sbdit accusatiõis xp̃i aggũatio. Pozro iudeoz ꝓuitas: nisi xp̃m ꝺ ⁊ra eliminet nõ descẽs adiũgit. Nos legẽ hẽm⁹ ⁊ ꝑ legẽ dz mozi q̃ filiũ ꝺi se fec. Mitũt iudei armati zelo furoris zelũ legi flectẽ sup xp̃m vt iãmiosã mortẽ i currat. Si em̃ intẽtio referat ad ꝟba: aut si ꝟ

UVA. BHSC. IyR_032

ba referantur ad intentionem mẽtiuntur iudei ⁊ eorum mentiẽ iniquitas. Non enim xps filium dei se fecit ex tẽpore qui ab eterno nõ factus: sed genitus est ex patre. Nec christus aliquãdo vt homo se asseruit filium dei: ꝙ homo propterea factus erat filius dei: nõ in aliquo deitate mutata: sed in melius humanitate pro nobis assumpta. Cum ergo Pilatus audisset hunc sermonem magis timuit. ſ. timore seruili: forte timens dominiũ iudiciũ super se ex hoc futurum: ꝙ innocentem impie condemnaret. Pilatus vero assolitus cultui deorum: forte mente tactus celicam veritatem e celo dilapsam aut aliquid in eo quod fuum subterfugerat intellectum expauit suspicatus. Et ingressus in pretorium dixit ad iesum: vnde es tu. Licet enim iam dixisset ꝙ galileus erat: secutus est tamẽ consuetudinẽ iudicũ: qui semp ⁊ diuersimode interrogãt reũ vt in clarã noticiam obiecti criminis veniant Jesus aũt responsum nõ dedit ei. Quod idõ fecit: qm̃ cuius curiosa esset interrogatio: altissima tm̃ erat proferentis mentem excedens. Nam humano more loquẽdi non potuisset christus satisfacere pilato nisi mentem eiꝰ cõuertisset ad fidem. Quam cõuersionem humana potentia tumens: ⁊ romanorum sciẽtia imperita minime merebatur. Tunc Pilatus se contemni a christo considerans humano fastu repletus ait. Tu mihi non loqueris Nescis quia potestatem habeo dimittere te: ⁊ potestatem habeo crucifigere te? Tunc christus silentium abiecit: quoniã tempꝰ loquendi aduenerat: ⁊ respondit humiliter imperito: tradendo doctrinã vt eum reuocaret a fastu ⁊ ab errore quo tenebaꝝ ipe delusus: vnõ respõdit iesus. Nõ haberes potestatem aduersum me vllam nisi data fuisset tibi desup. Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet. ſ. cꝫ tu: qui ad omniũ vtilitatẽ õo permittente me iudicas. Exinde querebat pilatus dimittere illum. ſ. quia dulcis christi responsio penetrabat animũ eius. Cognito autem a iudeis ꝙ Pilatus christum velut innocentem volebat tradere libertati. Clamabãt dicentes. Si hunc dimittis non es amicꝰ cesaris. Omnis qui se regem facit contradicit cesari. Ecce malignitas iudeorum: incutere conantur Pilato ex superiore timore si christuꝫ absoluat a crimine vel a pena quasi nõ reueretur superiorus sui cesaris maiestatem. Me iura suscepti honoris atꝙ amicicie plene custodiat si christum inultum morte dimittat: quasi christus se regem fecerit contra cesaris voluntatem. Sed erat vsꝙquaqꝫ certissimũ iudeos seruos esse cesaris nõ amicos: cui nõ amore sed violentia subdebanꝝ: nec christus se regem fecerat: sed turbam eum facere volentem regem effugerat. Et cum tam procaciter accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus populi nihil respondit. Tunc dixit illi Pilatus: Non audis quãta aduersum te dicunt testimonia. pro peccatis ⁊ scelerib⁹ accipiunt hic testimonia: nõ pro verbis ⁊ probationibus testium productorum. Et nõ respondit ad illud verbum ita vt mitraretur pses vehementer. Nõ respondit iesus accusationibus falsis. Augmentaretur enim ex rñsione vitium falsitatis: cum adveram responsionem in malo pertinax falsam probationem obiciat ⁊ verbis concertautibus verba tranhantur: ⁊ responsionibus respõsiones accrescant. Abos est enim sapienti non pugnare vbis cum negantibus veritatem. Contendere quidem cum pertinacibus seuiunt magis ⁊ multa falsa verbis certando inueniunt ne tacendo inueniant confusi. Tertio addit liberationis christi replicatio. Nam nitens pilatus iesum omino tradere eis religiosaꝫ cõsuetudinem aposuit dicens. Est autem consuetudo vobis vt vnũ dimittam vobis in pasca: quem vultis vobis de duobus dimitti? Habebat nanqꝫ Pilatus quẽdẽ virum insignem. ſ. in malo vinctum in carcerẽ nomine barrabam: qui propter seditionem missus fuerat in carcerem: qui sceleratior omnibus vinctis erat: quem Pilatus cum christo in optionem dedit vt boni ⁊ mali compatiõe facta bono libertas ⁊ malo supliciũ adderet. Quo audito principes sacerdotum ⁊ seniores populi vt se multitudine tuerent persuaserunt populo ⁊ cõcitauerunt turbam proinde clamauerũt dicentes. Tolle hunc ⁊ dimitte nobis barrabam. O seua crudelitas impiorum. Auctorem vite petunt ad mortem: ⁊ virũ homicidam seditiosũqꝫ latronẽ suãt ad vitã: lupum agno: mortem vite: luci tenebras tã stulte cꝫ impie pferentes. O quis exprimere posset cꝫto doloris gladio percussum est cor virginis mris cum clamores illos seuissimos ⁊ crudeles percipit: quibus filius suus innocens postulatur ad mortem: ⁊ impius pctor barrabas postulatur ad vitam. Iterum autem locutus ẽ pilat⁹ ad eos cupiẽs dimittẽ iesum dicens. Quid igit facia õ iesu q dr xpus? Illi autem clamabant. Crucifige crucifige eũ. At ille ter-

UVA. BHSC. IyR_032

rio dicit ad illos. Quid enī mali fecit? Nullaz causam mortis inuenio in eo. Corripiā g̃ euz ⁊ dimittā: At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur ⁊ inualescebāt voces eorum. Tunc Pilatus sciens q̄ p̄ inuidiam tradidissent eum: ⁊ videns q̄ nihil proficeret: sed magis tumultus fieret in populo volens satisfacere populo dimisit illis barrabam. Et accepta aqua indicans p̄ eum tanq̄ innocentē hominē iudicaret inuit⁹ lauit manus suas. di. Innocens sum a sanguine iusti hui⁹. Et quādā aliam iusticiam ineffabilez quodāmodo intelligens: tunc Pilatus subdit: vos videritis. Respōdēs aūt vniuersus populus dixit. Sanguis eius sup nos ⁊ sup filios nostros. Terribile quidē est iudiciū iudeorum: q̄ in eadē damnatione qua erāt ipi patres filios induxerūt vt fieret obligatio p̄sonalis nō tm̄ existentiū sed etiam futurorū. Sed nescio quo demerito tam occulta sit ista obligatio subsecuta seu que fuerit ista tam secreta iusticia vt ad tm̄ scelus subeunde vindicte patres deo permittente potuerint nōduz natos filios obligare: vt nedū ad nascituros p̄rimi temp̄is: sed vsq̄ in p̄sentiarū proffluxerit damnatio ista: quia isti ⁊ illi meruerūt indurari: ac p̄ hoc vt exceperūt sententiam ita vt in vita ipsorū nouim⁹ euenisse etiā obuentura fore que seruanť eterna. Tūc Pilat⁹ dimisso barraba ⁊ lotis manibus implacabilē seuiciā iudeorū intelligens adinuenit modū alium liberandi iesum vt. s. flagellari faceret ⁊ illudi vt saltem in eius ỳberib⁹ ⁊ opprobriis satiati annuerēt eū taliter liberari. Proinde flagellauit eum: ⁊ put moris erat p̄sidū romanorū ligatū ad quādā aule colūnā p̄i⁹ exuentes eum vestimētis suis. Tūc verificatū ē illud Esa. l. Corpus meū dedi p̄cutientibus ⁊ genas meas vellētibus. Cōsidera igiť o anima mea quid erat videre filiū dei toto corpore denudatum veluti mansuetissimū agnuz tam dira sustinere flagella vt a planta pedis vsq̄ ad verticē in toto corpore appareret horribilis ⁊ leprosus. Vnde Esa. liij. in persona omniū p̄phetarum ait. Nos reputauim⁹ eū quasi leprosum ⁊ p̄cussum a deo ⁊ humiliatū Defluxit ille sanguis p̄ciosissimus p̄ illa sacra latera innocentis ⁊ amātissimi iuuenis nullo prorsus in eo repto reatu. Et tu p̄dite homo totius confusionis ⁊ contritionis causa existens qūo nō inflexum foras erumpis. Quo flagellato ⁊ a colūna soluto milites plectētes coronam de spinis imposuerunt capiti eius. scz cum adhuc esset nudus ⁊ vestē coccineam siue purpuream circūdederunt ei. Et veniebant ad eum ⁊ salutabant eum dicētes. Aue rex iudeorum. Et p̄cutiebant arūdine caput eius ⁊ dabant ei alapas expuentes in faciem eius ⁊ ponentes genua adorabant eum. Et sic flagellatus ostēditur iudeis vt saltem compassione cōmoti velint eum tradere libertati Exīt ergo iesus portans spineam coronam ⁊ purpureū vestimentū in totius populi solacium ⁊ derisum. Et dixit eis Pilatus. Ecce homo. quasi dicere velit: Accusatis eū se fecisse filium dei. Ecce q̄ nunc apparet nō filius dei: sed miserabilis homo. Quē cum conspiceret mesta mater spinis coronatum liuidum ⁊ cruentatū: sputis deturpatū genis ⁊ tota facie ex ictibus alaparum tumefactum: ⁊ a sua speciositate totū alienatum: vultu ⁊ oculis inclinatis tanto dolore repleta est anima eius. q̄ quasi mortua cecidit sup terram. O quāto dolore ac q̄ amaris lachrymis Magdalena plorabat dum conspiciebat magistrum suum tanta crudelitate tractatum vt faciem illā q̄m angeli conspicere concupiscunt cerneret tanta deformitate variatam q̄ non remāserit in eo species neq̄ decor. Egredimini ergo filie syon. id ē. anime sanguine christi redempte ⁊ videte regē Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. s. impia synagoga Et tu hūani cordis supbia que opprobria abhorres: et ad honores aspiras attende q̄s est hic qui egreditur habens imagineꝫ quasi regis: ⁊ nihilominus serui despectissimi confusione repletus. Iesus rex tuus ⁊ de⁹ tuus: q̄ quasi vir leprosus ⁊ nouissimus virorū estimatus est: vt te ab eterna confusione eriperet ⁊ a supbie peste sanaret. Te igiť his q̄ semel ⁊ ve iterum atq̄ iterum qui post tam predaz humilitatis speculum supbia tolluntur in altum rursum ostentui habentes filium dei. ve ⁊ tibi vanitas tam virorum q̄ mulierum que caput ornas tanta multitudine vanitatum. Cur mens insensata non recordaris illius diuini capitis quod est etiam angelis tremebūdum. Aspice illud p̄o tua vanitate purganda tanta confusione deiectum ⁊ tam crudeli spinarum infixione quassatum: ac tanta spinaruz crudelitate densatū. Ita vt ſm Bern̄. vsq̄ ad cerebri tenerrimi nudinē cōfixum sit dum cōfigiť spina. Quod vtiq̄ fcm̄ ē arūdis crebra ⁊ crudeli percussiōe q̄ sup coronā spineā

UVA. BHSC. IyR_032

facta est. Spine quoq; fuisse credunt iuci marini qui fortes sunt z acuti. Supra cõtextus historie textus: cuius oĩbus cõtexentibus eque sonet: nõ tñ lectores siue auditores moueat dum ordo non seruat lre si seruat ordo sententie. Et vnusquisq; hic alibi suo modo subordinet si a rei vitate nõ deuiet. Sed omnia ista conflata in vnũ penam xpi exagerãt z accrescunt malicie iudeorum.

Articulus quartus prime partis principalis passionis christi de tribus vltimis contemplationibus que pertinẽt ad complementum dominice passionis: et primo de apparitione demonis facta vxori Pilati ne christ⁹ condemnaretur ad mortem: et quãta importunitate iudei querebãt necem christi: et de iniustissima condemnatione eius. Ca. j.

Prima contemplatio ptinẽs ad cõplementũ dñice passionis: Insup cõtinet in se tria. Primũ est demonis dissuasio. secũdũ est iudeorum infestatio. tertiũ est xpi sententiatio. Primus est demonis dissuasio. Decreuit eñ Pilatus aut de consensu iudeorũ christũ libertati tradere: aut sup eum pferre sententiam mortis Egressus foras cultu corpis z exteriori apparatu vexillorũ z armatorũ ac ceterorũ quib⁹ rhomani pñides in eos consueuerant proferre sententiã. Et iussit poni tribunal in loco q̃ dicit licostratos hebrayce aũt gabata. Sedẽte aũt illo pro tribunali misit ad eum vxor ei⁹ dicẽs: Mihil tibi z iusto illi. In hac siquidem muliere innocẽtia christi z malicia diaboli cõuenerũt. Et diabol⁹ ex malicia suggerit proi nocentia. Volebat eñ antiquus hostis redẽptionem humani generis impedire suspicãs christus esse filiũ dei: quia patres in lymbo tã sensserat exultare. Addit igit mulierem quaz vt plurimum nouit esse pcliuem. Sciebat eñ Pilatum ad illam plus debito amore ligari. Amor eñ confestim exaudit quod amat⁹ expostulat. Et primum virum p feminã in amore ligatus diabolus circũuenit. Vxori igitur Pilati horribiliter terrendo apparuit dicens Quid apud tuum virũ astat vt reus qui innocens est et iustus. Cuius damnatio ad mortem esse non potest sine horrenda vltione Pilati z per consequens etiam tui. Proinde tibi consulo: z viro tuo vt iudicium oĩno suspendat: ne ille tecum terribilia z inopinata patiat mala. Expauefacta mlier nouitate videndi similiter z audiendi: statim suggestioni more femineo credens accersitum quẽdã referendarium prestructũ visioni: statim diriguit ad Pilatum aut lras scripsit. Et misit hec verba saltem in sententia cõtinẽtes. Mihil tibi z iusto illi. O infidelis iniquitas z ceca peruersitas iudeorum. Oĩes pterq; vos innocentiam christi clamant. Clamat preses. Herodes actibus pandit: demon p visuz insinuat: mulier profitet. Referendarius nuncius pfert. Mihil tibi z iusto illi vt nõ solum innocentia sed iusticia christi pconiũ laudis in iudicio habeat. Plus eñ est iustũ esse q̃ innocentem fieri. Quasi dicere velit. Mihil tibi q̃ solum ad malefactorũ vindictam positus es z iusto illi qui nõ forefecit. Ac si apte suadendo dicat. Refrena iudiciũ. Sententiaz oĩno suspende: vide quid agas: ne efficiaris viro i iusto viro pferendo sententiã criminosus et non impune transibit. Et rationẽ subdit di. Multa eñ hodie passa sum p visum ppt euz id est. passa sum videndo nõ sentiendo: nõ in p̃senti sed in terribilibus cõminationibus de futuro per visum quidem: quia sic monstratum est mihi. Apparuerat eñ sibi bonorum omniũ impeditor: forte in aliqua sbiecta materia. Secundo subditur iudeorũ infestatio. scz vt christus morti traderetur: ppterea subinfertur. Erat autez paraseue hora quasi sexta. Et dixit Judeis Pilatus demonstrans eis christum iterum. Ecce rex vester: suis verbis volens pretendere christi vilitatem et timorem auferat de cordibus iudeorum z ipsorum crudelitas mitigetur vt non sit in illorum cura vtrum viuat an moriatur: tam abiecta conditio viri. Illi autem dicebant. Tolle tolle. Crucifige eum. O dulcis iesu: quis tã durus esset z impius vt clamores illos horribiles: tolle: tolle: crucifige eum: sine gemitu z clamore spiritus aure corporis valet audire seu mente tractare. O impatiens feritas z seua crudelitas z cruenta impatientia iudeorum que non pateris Pilatum implere aut per amplius prorogare sermonez: z qõ iure nõ põt: satagis clamorib⁹ superare. ais ei. Tolle tolle: crucifige eũ: crudelem instantiã in p̃-

UVA. BHSC. IyR_032

sagium futurorũ ostendis. Nam quales tũc eratis similiter ⁊ futuri talis geminatio ꝓtendebat: eo ꝙ christus tollẽdus erat a vestra fide ⁊ dilectione: sic ⁊ tunc penitus ablat⁹ erat Et dixit eis Pilatus. Regẽ vestrũ crucifigã? Rñderunt pontifices. Nõ habem⁹ regẽ nisi cesarem. Quẽ licet inuite ferrẽt: compatiõe tñ christi tolerabiliõr erat cesar. Hoc tñ dicebant vt ad cesarem posset esse apellando recursus nisi xp̃m Pilatus lata sentẽtia interimeret. Sed iusto iudicio factum ẽ: vt ipi a cesare in posterũ cesi sint qui detestãtes christũ cesarem elegerũt. Tertio subdit christi sentẽtiatio. Nam tũc oñi spe libertatis christi adempta: nec libentivoto valens Pilatus eripe eum male molefact⁹ a veritate auditũ auertens: a iusticia scã declinans vsq; ad hãc oraz habita: pietate relicta in impietatẽ versus: dixit ꝙ crucem mortis sententiã sup̃ christuz ⁊ sup̃ latrones quos merito ipsoz iniquitas cũ eo iussit affigi. Formã vero verborũ tã seue late sentẽtie notarij gestorũ christi scribere nõ curauerũt. Idcirco sub certa forma nõ tradim⁹ eam. Sed nec istã incuriam inaduertentie imputem⁹ euãgelistaz scribentiũ: ꝑ diuine ꝓuidentie gubernatrici omniũ: que nihil ꝓmisit in euãgelio scribere imptinens: nihilq; dimisit expediens. Tũc adiudicauit pilatus fieri petitionẽ eorũ ⁊ tradidit eis illum vt crucifigeretur. Tradidit. s. iudeis illuz ad volũtatem: militibus x̃o ⁊ ministris ad sentẽtie inique executionẽ. O iniquitas consummata: ꝙ homo deum: iniustus iustum: peccatoz scñm: iudicandus iudicaturũ deũ iudicet velut reum. Qua audita seua ⁊ iniusta sentẽtia beata x̃go dolenti corde lachrymabili ac lamẽtabili voce dicere potuit ad Pilatũ. Heu mihi Pilate quid fecisti. Quid est qõ te festinauit. Quis tui animi pietatẽ infecit. Quis te a veritate diuertit. Quis te aduersus innocentiam dilecti filij mei ihesu tanq; aduersus emulã excitauit. Quis te iimicũ fecit filij mei ihesu ꝓ quo vsq; in ꝓsens liberando totiens laborasti. O infelix anima vnde in te hec mutatio facta est. An te male fecisse cognoscẽs ꝙ ꝑ filio meo liberãdo certaueris. An te mine terruerunt populi iudeorũ. An cesarẽ expauescis si dilecti filij mei innocentiã nõ confundis. Ue tibi infelix Pilate qui culmi romano iniuriã facis: ⁊ in cesarem notam ponis ⁊ maculam deicidij in gloria tua. Confundis ꝓsidem sedentẽ: subuertis ordinem iuris. Quicqd est honoris atq; pudoris euacuas. Male agendi tuis similibus exempla disponis: dilanias leges: oñibus te reddis infamẽ: ⁊ eo de te deterior volabit infamia q̃ filij mei innocentiã pluries proclamasti Et te in eo cãm nullam mortis ⁊ pene inuenisse coram principib⁹ sacerdotũ ⁊ plebe fuisti cõstãti audacia protestatus. Et eum nũc facto condemnas: qui paulo ante x̃bo iuste a te defensus est. An oblit⁹ es verborũ tuorũ: aut te tã leui stulta ⁊ subita mutatione confundis. O anima neq; iure cõtra te armarent oñia elementa: qñ ꝑ put in te agit confundis filiũ meum seculi auctorem. Merito tibi oñes x̃tutes singule aduersant: vitia oñia complectũtur. Ordo nature morũ atq; iusticie te repellit: eo ꝙ innocentiã filij mei ꝓpter inimiciciaz laniasti. O impie ⁊ crudelis ⁊ dire tyranne. Ad quid leges: ad quid iura: ad quid ꝓsidentia magistratus: ad quid cesaris celsitudo: ad quid tribunal omniũ regum. Si apõ tutores hominũ plebeiorũ ⁊ reipublice defẽsores tanta filij mei innocẽtia ⁊ puritas ⁊ vita imaculata nõ possunt tute consistere. Sed tu anima quecũq; es peccatrix ⁊ neq; vide ꝙ innocẽtissimus agnus: vt te a sententia iuste damnationis eriperet iniusto ꝓpter te iudicio elegit ꝓdemnari. Ecce que nõ rapuit ꝓ te soluit: ⁊ tu impia ⁊ crudelis nec deuotiõis exoluis gratitudinez: nec cõpassionis rependis teneritatẽ: nec insup ad hec ꝓsideratiõis apis intellectum.

Quomodo imposita cruce sit per humeros christi ad mortem ducitur: ac quomodo debilitat⁹ exhonorat⁹: et de compassione mulierum ad eum. Ca. ij.

Secunda contemplatio pertinens ad cõplementũ dñice passionis insuper continet in se tria. Primum est christi honoratio. secundũ christi debilitatio. tertiũ ad christũ cõpassio. Primum est honoratio: quia pondere crucis honoratus erat. Et de hoc subdit. Milites aũt ⁊ ministri comꝑhendentes eum. s. audita sententia cum oñi imanitate ac furore exuerunt eum clamidem coccineam ⁊ induerunt eum vestimentis suis: ⁊ infestantibus iudeis ducunt illum vt crucifigerent. Sed aduertendũ in hac ꝑte legentibus: ꝙ ab eo loco quo x̃ps ab herode reductus est ad pilatuz vsq; ad expeditionem sententie late: multa est x̃borum varietas ⁊ anticipatiua locutio ⁊ eiusdem re-

UVA. BHSC. IyR_032

petitio sepe facta. Quãobrẽ solitũ narrandi ordinẽ nõ vsq; quaq; seruaui cõnectans veram rei geste sententiã posteratiões atq; anticipationes verborũ prout euangeliste tradunt: vnus addens q; alter dimisit ppt omnium inaptationẽ dimittens ꝓspicationibus ingenijs ordinari. Spoliat igit derisõis veste iesus christus crucifigend⁹: suis vero vestibus induitur: t cum his minat ad mortem Cogita nunc anima mea in illa humana t in compassiua imo crudeli t furibũda expoliationem ẽtum ex verberib⁹ atq; sanguineis plagis eis adherentibus vestimẽtis renouatus fuerit illius sacri corpis cruciat⁹. Parata interim erat penalis machina ligni t oia instrumenta penarũ que vigilanti solertia subministrantibus iudeis milites acceperunt: et onerauerunt sanctũ dorsum dñi iesu valido ligno crucis. Et deferebat onus graue mansuetus iesus tanq; animal subiugale. O fili hominis: Ecce ligna: sed vbi est victima. Ecce dñs humano generi prouidebit. Baiulat igitur crucem sibi filius dei iesus veluti isaac ligna ex quibus comburẽdus erat nisi desuper aliter dñs decreuisset. O benignitas saluatoris que sic onerat⁹ incedis t tuam ignominiam sup te portare dignatus es. Egress⁹ igit a facie Pilati: Ducitur in sue augmentũ cõfusionis p solenniorẽ viam hierusalem in qua paucis ante diebus subiugali supsedẽs tanto fuerat a turba honore susceptus: t acclamatus a populis t pueris hebreorum: q̃ si eẽt saluator mundi. Nũc ho veluti subiugale subiectum oneribus cũ opprobrio ex ducit sociatus duorũ numero damnatorũ ac si pncipalis latronũ collega fuisset. Exultabãt impij q; de iudicio victoriam reportassent. Flebãt quoq; qui mundũ ab oĩ inhumanitate recesserant saltem tenẽtes cũ xpo ipsi⁹ nature in compassione consortiũ. Milites t ministri hui⁹ damnate snie suggerẽtibus pontificibus sacerdotũ ne oriret in ciuitate seditio: neq; tumultus in pplo t christus eorum labe retur de manibus ppter mutabilẽ animum turbe cogebant eum gressib⁹ festinare. Dum igitur xps baiulans sibi crucẽ sic ad suppliciũ traheretur: factus ẽ cõcursus populorũ p⁹ ipm illudentium sibi. Alij similiter ipm lugebant: alij illudẽtes irridebẽt: alij proijciebãt lutum t immũdicias sup caput eius. Sequebatur eum put poterat mestissima mater ei⁹ cum Johãne t Magdalena t cũ mulieribus que secute fuerant eum a galilea ministrãtes ei: a quibus velut emortua virgo mater vtrũ q; sustentata tenebatur. Secũdo subdit christi debilitatio. Ex vigilia em̃ ꝓterite nocd: nec nõ ex laboribus p totam illã hebdomadam iam assumptis atq; exactis: atq; ex multiplici de causa angustijs post totius corpis flagella: addito sup his graui onere crucis: nõ modicum debilitatus fm corpus ipsa fortitudo debilium filius dei iesus. Preterea sicut legi in quadam historia fide digna: qñ in quodaz cõcursu viarũ ipo iesu portante in humeris suis supplicij crucẽ: dulcissima mater sua cuz breuiorẽ vt eum cõspiceret captasset viam: et ex alteratione faciei eius anxietates cordis sui t duri oppressionẽ oneris aspexit: syncopizasse dicit p dolore in conspectu filij sui. Qõ conspiciens t ipse totus pietate plenus manifestis doloribus signis atq; pallorib⁹ in facie postensis totus angustiatus t cordialit sauciatus sup lapidem ibi positum: quasi defectuose t dolorose resedit. Proinde malefici illi qui ducebant ad mortem eum sic deficere aduertentes: angariauerũt quẽpiam simonem cyreneũ venientẽ de villa patrem Alexãdri t rufi vt tolleret crucem eius. In hui⁹ rei testimonium refert historia illa. q; postea edificata est ecclesia in honore virginis matris dei que dicta est sancta maria de pasmo: q̃q; ibi olim oñdebat lapis ille sacrat⁹ sup quẽ xpus tunc resedisse narrat que tñ sunt pie credenda q̃ temerarie asserenda. Hec tñ alleuiatio xpi ex onere crucis nõ pie t humane sed impie t crudeliter facta est ad mortis acceleratiõnem t ad contraria euitandum. Tertio additur ad christum compassio: sicut em̃ euãgelista testat. Sequebatur eum turba multa populi t mulierũ que plangebant t lamentabãtur eum. Sequelas multotiens habuit xpus hominũ atq; mulierũ: sed varia causa varioq; affectu. Sed nũc altior causa fecit adesse sequaces. Sed dũtaxat deterior pharisẽos atq; pontifices sacerdotuz qui tñ finem optati excidij vt ineffabiliter aspicerẽt sequebantur Aliqui vero tot signorũ vltra oñem humanam potentiam factorum conscij existentes: si quis in mortis articulo faceret pro seipo vi sere querebant: qui tot signa in alios fecerat qui etiam tres mortuos ab inferis suscitauit Mira quippe considerationẽ tenebank si volebat ipse ad tartarea loca descendere: a quib⁹ illos reuocauerat. Aut si aliqua insolita potentia de illorũ manibus laberetur: aut si alic ꝓ signa innotesceret: aut quali potentia: quali vultu: quali consistentia si moreretur in ipso actu moriendi ꝓsisteret. Si hunc deus req

D

UVA. BHSC. IyR_032

reret desup. Si sibi aliquid noui aduenisset: qui tot noua in seculo opatus est qui nouaz vitam mūdo sic labefacto mōstrauit. Si quis piam pro ipo ꝓsurgeret. Si noua seditio aut tumultus pro ipsi⁹ libertate oriret. Porro curiositas multos adduxerat in sequelā. Quasdam vero pietas humana mouebat ad hmōi spectaculū cōuenire. Maxime mulieres quarum quodā instinctu nature magis pius est sensus z pnior in lachrymas cum aliorum viderint aut audierint passiones z seuas conspiciunt nouitates. Necnō virgo mater incognita: sed maria cognita mater mītos ad hāc sequelam moribus induxerat: vt viderēt mores eius in morte filij sui. Est porro mirandū virginē isolitā in publico deuitantē aspectū hominū consortia mulierū: silentio frenataz ꝓtinus freta: viduatā viro: derelictā viri li consortio cū sibi vterinis sororibus z alijs mulieribus crucifigendū filium sequi. Cum mos mulieꝝ nō sit velle videre filios trucidari. Multe aūt mulieres mote pietate atq cōpassione ferebanť in illam: eo q filio vnico puabať: qui q horrendus est velut reus morte turpissima damnat⁹ erat. Necnō z secreto tractu christus multitudinē attrahebat: vt viderent signa magnalia que tunc factur⁹ erat vt agnoscereť charitas iniusta sentētia: vt auditur crucis septiformis doctrina: comprehenderet in eo mētis constantia: mira patiētia: vt videreť qūo z cui compatiunť intensibilia elementa in quem tm̄ rōnalis natura deseuit. Mulieres aūt plangebant z lamētabanť compassione filij atq matris: lamentabanť q illo die contra iesum iniuste fuit lata sententia: q sic festine ducebať ad mortē donatōr vite: z sanitatis restitutor. Memores erant bonorū que sepe plurib⁹ fecerat: z nulli sis eius ꝺscientie mali: dulcedo sermonum eius nō erat abolita. Et pietas vultus ei⁹ in memoria sequentiū adhuc erat: talibus mulieres acte conspicuis plangebant humanitus sup christū z seuam homis hui⁹ lamentabantur fuisse fortunā. Ad quas saluator conuersus agonista intrepidus vtilia semp docens cautelam adhibens p futuris quorū preco gnitor erat: dixit. Filie hierlm nolite flere sup me qui sponte mortem subeo. qui leti. i. mortis: z vite iperiū habeo: cui nihil deperit moriendo. Cui⁹ suscitatio facilis est: sed supervos ipsas flete. Nec tm̄ intelligamus in ista christi allocutione illas dumtaxat mulieres intelligi: sed magis etiam viros quorum funestis clamoribus mors christo irrogata cognoscit z quorū neglectu nō fuit iniusticia ꝓpulsata. Nec tm̄ odio christus agebat in eos vt illos ferire vellet. Magis aūt id agebat vt tm̄ crimē z horrendum penitudine cū lachrymis lauaretur: ne iueniret quos habebat vlcisci. Hec quidē sententia deriuat ad quoscūq peccatores alios deum qūolibet offendentes: qui sup semetipas incōsolabilē dolorē debet iducere atq maxillas z ora lachrymarū riuulis irrigare: vt nulla eis consolatio esset sup terram: donec indulgentie atq remissio peccatorum astipulatio haberet. Quod aūt adiecit: z sup filios vestros: ad futurā ferebať penam. Ad confirmationem illius imp̄catiōis quam sibi exquisierant corā pilato dicentes. Sanguis eius sup nos z sup filios nr̄os. Si christi huius dicti ſfam tm̄ inspiciam⁹ forte hoc ideo dicebat: quia hierusalem tradenda erat excidio principibus rhomanorū. Ratione aūt retorquē de lamentationis z flet⁹ in se ipe saluator adiecit dicens. Qm̄ ecce venient dies in quib⁹ dicent. Beate steriles z ventres que nō genuerūt: z vbera que nō lactauerunt. Tempe nempe tribulationū venientium felix est vnusquisq compatiue loquendo qui nec filium nec filiā nec aliquē sibi propinquum habet: vt p eum dupliciter puniať cui⁹ si solitarius fuerit miseria solūmō simpliciter erit. Hec de tempalibus malis intelligēda sunt que quidem referre conanť: sicut dictum est ad tempus quo hierusalem a romanis eversa est. Mox aūt de eternis malis i futuro subiungit dicens. Tunc incipient dicere montibus: cadite super nos z collib⁹ operite nos. Apparēte nempe iudicio dei qō peccatoribus terribiliter imminebit: vellet vnusq peccator tunc p̄sidium: nedum ipsi⁹ xp̄i verumetiam vniuscuiusq vel minimi iustorum quos in hoc mūdo oderunt meruisse: vt per eorum merita tunc valerēt a facie terribil⁹ ire dei tunc latere. Necnō ad ſfam etiam intelligi pōt. Nam tempe iudicij oēs peccatores potius vellent a montibus z collibus opiri: q̄z detrudi eternaliter in infernum. Pūt etiaz p has mulieres xp̄m sequentes quas pie saluator alloquitur ab ipo tempe vsq ad secula futura predicatores intelligi: quibus typice suadetur: vt ipi seipsos flendo deplorent mittentes semina regni dei: z alios doceant fletum z lamentum super patratis sceleri⁹ magis q̄z sup dñi passione: quā videlicet deplorasse sceleribus nō corrept⁹: emissis lachry-

UVA. BHSC. IyR_032

mis ⁊ singultibus supcis: fletus est infantiū ⁊ mulierum plangentium ad fabulas poetarum: aut cum audiunt recitari epytaphia varie seu strenue mortuorū: magis dixerim lamenta somniantiū qui cum euigilauerint in risum visa per somnia conuertunt. Et mirū recolo mihi sepe vidisse audita dñica passiōe multos etiam sceleratos in lachrymas prupisse: quas vt elicerent ab oculis audientium concionādo ad populū st ulte nescio an perite p pia ẋba sepe temptaui. Quod ⁊ feci sicut solitum est oīnibus qui declamant maxime isto tempe seu die quo ecclesia christum p sua officia recolit crucifixum. Cunctos ad ppria remeasse illos aspicerē: christi passionibus ⁊ lachrymis atq; virtutibus vale dixisse cognoui: ⁊ de pristina cōuersatione nihil mali fuisse ademptum. Nec fleuisse facinora ppter que fuit passio quā fleuerant tolerata. Quibus ⁊ ceteris similibus gratius foret atq; salubrius q̄ passionē passionis cām defleuisse: ipsa sicdem peccata que precesserūt atq; futura sūt christum pati sua voluntate fecerunt. Sup q̄ bus doloribus ⁊ merorībus affici ad salutem necessariū est etiā si sup passione nō tī impie sed pie hominū anima letaret. Hunc igit fletum p pdicatores suaderi debere ⁊ mulieruz typo spūssanctus p Hiere. ix. c. asseruit dicēs Audite igit mulieres verbuz dei ⁊ assumant aures verba oris mei: ⁊ docete filias vestras lamentū ⁊ vnaquaq; primam suam planctū quia ascendit mors p fenestras: mors quidē peccatum ē quod per fenestras varias malarum appetitionū quas apit malavoluntas atq; puersa p quinq; corpis sensus incautos ingreditur. Cui⁹ rei causa iubet fieri fletum atq; lamentum: vñ ⁊ signum de seipso eis proponit q̄ terribilis ira dei sup pctōres imminebit di. Quia si in viridi ligno hoc faciunt: in arido quid fiet? Si nempe christus qui viride lignum erat cui⁹ nunq; verbum defluxit. scz ociosum ⁊ tales tī sustinuit passiones: quid flagicios peccatores christum tam impie persequentes: qui quasi aridum lignū sunt eternis ignibus aptissimum pro suis flagitijs sustinebunt? Non dico: tū dico q̄ aliqñ etiam p fletum dñice passionis non compūgantur et conuertant etiam durissimi peccatores: primum nihilomin⁹ ⁊ pdicatoribus ⁊ oīnib⁹ peccatoribus cōmuni⁹ ⁊ magis necessariū est.

Quomodo christ⁹ amaro potu potatur: crucifigitur: et a terra in cruce leuatur. Ca. iij.

Tertia ⁊ vltima contemplatio pertinens ad complementū dñice passionis: tria contēplanda in se cōpbendit. Primo em̄ cōtemplemur q̄ amare christus potatur. secundo q̄ dire cruci affigitur. tertio q̄ mire a terra eleuatur Primo inq̄ cōtemplemur q̄ amare xp̄us potatur. Sed ante p̄mittitur ad redundantiam iniuriarum pficiendam: q̄ cum duceretur ihesus ad occidendum societatem latronum ei adhibuerunt: ppterea euāgelista subdit: Ducebant ⁊ alij duo necq; cum eo vt interficerēt. O impia crudelitas ⁊ oprobriosa conditio malignorum vt socios necq; habeat: qui nunq; fecit nisi pbatū iusticie ⁊ amoris. Et venerunt in eum qui dicitur caluarie loc⁹ hebrayce aūt golgota. In hoc quidē loco p̄m Hieronymum imolatus ē aries pro Ysaac. Gen. xxij. c. Significauit em̄ aries ille christi humanitatem: atq; ysaac xp̄i diuinitatem. Dimissa ergo diuinitate que ipassibilis ē: solū humanitas in dicto loco extitit imolata. Deposita igitur cruce de dorso simonis vt affigerēt in illa christus: ⁊ passionis ad irrogādā mortē aspera instrumētis vndiq; presto factis: antecq; satellites manus ad crucigendum apponerēt dederūt ei vinū mirrhatū bibere cū velle mixtum. O implacabilis feritas iudeorum: que linguam illam mellifluam que docuerat dulcia verba vite: in recompensationem imo potius in vindictam amarissimis saporib⁹ crucifixi: vt clarescceret luculenter: q̄ iudei interius repleti erant odio amarissimo cōtra xp̄m: vt verificaret quod longe ante Dauid pphe ta in psona christi predixerat. Et dederunt in escam meā fel ⁊ in siti mea potauerūt me aceto: Sed de hoc etiam infra patebit. c. v. seqntis principalis ptis. Hec tū in mysterio facta sunt vt intelligat q̄ electa vinea synagoga iudeorum in oīne amaritudinis genus cōuersa est cū ppinauerit christo corpis mortē omnēq; legis ⁊ originalis iusticie preuaricationem: quia nihil deo amarius p displicentiam q̄ ei⁹ derelictio: eiusq; procax offensio presentat. Christ⁹ aūt cū gustasset noluit bibere. O seua crudelitas iudeorū. Qualia pocula apponis homini fatigato. Qualem refectionez porrigis homini in carne iā leso. Quales affectus passionis ostēdis homini de hoc mundo in proximo migraturo. Cum autem bibere noluisset post gustum: decernente centurione: sacerdotū pncipibus sollicitantibus atq; infestantibus pcessum ē ad ipissimā actionem videlicet ad crucifigendum omniū redē

UVA. BHSC. IyR_032

prorem. Sed inter cetera euangelica scripta que admiratione animū meum pulsant hoc potissimum est: q̄ tm̄ ⁊ tanti homis crucifixionis mysteriū dūtaxat cum serie p̄termissa solum edicitur factum. Mō tm̄ absq̄ occulto mysterio ille mod⁹ ab oīnibus euangelistis extitit p̄termissus: de quo tutius q̄ ipsis nemini crediderim⁹. Quod quidē arburor factuz eē. Aut quia vulgata noticia qua sic damnati exījcio tradebant tempauit manū ne inserrent in scripturis crucifixionis modū: aut ne videant euangeliste succūbere verbis: seu quia sp̄ūssanctus sic breuiter scribi voluit: vt pia cōsideratio nō expressa p attramentum pia meditatione ad meritum fidelium remaneret. Secūdo contemplemur q̄ dire x̄pus crucifigitur: imaginare deuota anima q̄ impie satellites illi crudeles coram omni multitudine inhumaniter ac furibunde nudum expoliauerunt eū: sicut de vtero mr̄is egressus est: vt ⁊ nuditas eēt ad opprobrium ⁊ facilioꝝ redderet ad tormentū. O quid erat tūc videre: ⁊ quid etiam nostris cōsiderationib⁹ p̄bet: q̄ ad mortem subeundam expoliat filius dei iesus vt nobis pateat totus nihil operiens: nisi quod creatura suo captu non recipit: vt sicut nudus corpore duz patitur reuelatur: sic ip̄m verū deum oīni amoto velamīe intuitiue in eterna gloria cōtemplemur. Et vt insup ostendat q̄ ad claram ⁊ nudam visionem dei nemo aliter p̄t puenire nisi merito passionis eius. Sic denicq̄ crudeliter ōnudatus capit ille mansuetissim⁹ agnus: atq̄ supinus ducit sup crucē: magꝭ ꝺo in animo ad homies charitate descensus: vt etiaz crucifixores sui non excluderent a charitate fontali. Etenim orauit p̄ro eis: ip̄e vero in nullo renitens ad omnia tractabilem se p̄rebebat: cū tanta mansuetudine: cū tanta pietate: ac cuz tanta deuotione faciei sue q̄ nō solum moueri ad pietatem impij p̄sequētes. Verūetiam eorum corda naturali quadā compassiōe debuerunt in tali aspectu conscindi. Quoꝝ vicem postea duricies lapidosa compleuit. Illo igitur sacratissimo corpe iam extento: p̄sto sunt claui ⁊ mallei desup ferientes in manu valida affigētium. Qui vt atrocius ⁊ expedit⁹ hanc impietatem p̄ficerent vt in alicui⁹ piam meditationē venit tripharie sunt diuisi. vnus dexteraz manū: alter sinistrā: tertius pedes suppositos qualide distentos ictibus crebris ⁊ validis resonantibus sup clauoꝝ capita cō fixerunt. Siue primo vnā: deinde aliā manū demū pedes confixos esse credam⁹: p̄mebat ⁊ configebat imisericorditer illa caro sanctissima: atq̄ corpus illud in illa hora erat in sua seua passione ab oīnibus derelictū. O q̄ dure ille sonitus malleoruz resonabat in auribus: magis ꝺo in cordibus diligentium christum: maxime in corde dulcissime mr̄is eius Tam dire ⁊ crudeliter tractaueŕt sanctissimū illud corpus in modū pellis trahentes cū cruci affigerent: vt in p̄sona christi p̄pheta dicat Foderunt manus meas ⁊ pedes meos dinumerauerūt oīa ossa mea. Tertio cōtemplemur q̄ mire christus a terra eleuat. Deinde ip̄m ligatū deo totaliter insignitum impij satellites erexerunt in altum viribus plurimorum: ⁊ solitis instrumētis nouo dolore x̄pm dūm cruciantes: dum pondus corpis manuum atq̄ pedum carnem ⁊ neruos diuelleret ⁊ diuersimode laceraret. O anima mea dilecta respice nunc in faciē christi tui: ⁊ vide quō efflurat oīnis pulchritudo de vultu illi⁹. Et q̄ erat speciosus forma p̄ filijs hominū: nūc apparet oīnino inde corp⁹: vide quō nō ei spēs neq̄ decor: quia decorē vultus illius verborum mutauit liuor: ac spuroꝝ fedauit turpitudo ⁊ cruor. Aspice illos fontes manuuz ac pedum dñi tui sacrū sanguinem emanantes ⁊ inundantes: vide aptas cataractas celi: vt inundet diluuiū gr̄e ⁊ nostrarū malicia ⁊ superbiam submergendam. Ecce anima mea dilecta triumphale vexillum in altum erectū contra aereas potestates cum quo possis de omnibus tuis aduersarijs triūphare. Contemplare anima mea q̄ tibi tricoloratū ostendit: cum sit ibi candor virginee carnis ⁊ nigredo liuida flagelloruz: ⁊ rubor p̄cios̄ sanguinis: vt tuipsa simili formeris effigie. s. innocentia candida: penitentia nigra: ⁊ charitate ignea rubicūda.

Secūda pars principalis circa sacramentum dominice passionis: de septem verbis christi in cruce pendētis: et de ceteris que interim concurrerunt et successerunt: et habet articulos tres.

Secūdo principaliter in ꝓposito p
s phetie verbo inducimur a christo ad sensum suoꝝ merorū atq̄ clamorum cum subiungit. Rugiebaz a gemitu cordis mei. Vnde merito de ipso Ysa. xxj. c. ait: Clamauit vt leo sup speculā dñi. Ego suz stans. s. in cruce iugiter p diem. Insup tanq̄ leo rugire dr: q̄ ip̄e leo de tribu iuda Apoc.

UVA. BHSC. IyR_032

v. Circa aũt hanc scõam ptem principalẽ tres admirandas cõtemplationes sõdam⁹. Prio cõtemplemur christi amorem. Secũdo mũdi horrorẽ. Tertio deuotorũ dolorem.

Articulus primus secunde p/tis principalis dominice passionis de septẽ amorosissimis verbis et ardentissimis verbis que christus in cruce dixit.

p Primo eñ cõtemplemur xp̃i amorem. s. dum pẽdebat in cruce: Ardebat nempe iesus igne nostre dilectionis: ꝛ nudus sicut ebri⁹ crapulatus a vino tractabat salubria verba vite fm q̃ ipe p̃dixerat Matth. xij. c. Bonus hõ de bono thesauro cordis sui profert bona. Quis nãq̃ dici põt cõuenientius bonus hõ q̃ ipe xp̃us. Cũ etiam Luc. xvij. c. scriptũ sit. Nemo bonus nisi solus deus. Ipe nempe ō bono thesauro cordis sui q̃ est amor licz semper ꝓtulerit bona: optima tñ effudit cum ex amore nr̃o pendebat in cruce. Ibi eñ ostendit cor suum esse fornacẽ ardẽtissime charitatis ad inflammandũ ꝛ incendẽdũ plenissime ꝛ efficacissime vniuersum: vnde tunc ꝓtulit ꝛ ardentissima verba quasi septẽ inflãmatos ꝛ inflãmantes amores. Prim⁹ eniz inflãmatis amor fuit mire remissionis. secund⁹ mire deuotionis. tertius mire confederationis. q̃rt⁹ mire derelictionis. quint⁹ mire attractionis. sextus mire consũmationis. septim⁹ mire reductionis.

Q̃ charitate pepercit christ⁹ crucifixoribus suis: et ad quos sua remissio dilatata est. Ca. j.

p Primus eterñ christi amor inflammans in cruce fuit mire remissionis. Quod quidẽ aptissime claret dũ amorosus iesus mime charitatis oblitus: nec ad rependendam ꝓ malo g̃ tiam tardus: nõ obumbrat⁹ cõfusionib⁹: nec absortus doloribus: etiam dũ crucifigitur ꝓ suis crucifixoribus ex amore imenso p̃ez exorare dignatus est di. Pater dimitte illis: qa nesciunt quid faciunt. Cõsidera anima mea q̃ superfluens fuit amor dulcis dñi dei nr̃i super impios hostes suos: qñ nõ solum pleno corde fuit indultor: ꝫ etiã efficacissim⁹ intercessor ꝛ pijssimus excusator. Eñ nec allocut⁹ est iudicẽ qui p̃ce nõ flectit: sed paterno noie suo blãdiẽs genitori sibi q̃si pclusit nihil tãto filio denegandũ. Nec isup ait examia pater: vide pater. Consídera pater. Sed dimitte inq̃t p̃ q. d. Et si iusticia punitionẽ requirat ex actibus suis: miscõia tñ remittat gemitib⁹ meis. Ad quos etiã referat oratio ꝛ petitio sua cuj dicit. Dimitte illis: licet indeterminate loquatur: tñ ad tria hoim genera dici põt q̃ dilatauit dilectionis mentẽ. Primo ad ipos crucifigentes. secundo ad iudeos ignorãtes. tertio ad quoslibet pctõres. Primo eñ direxit dilectionis ꝛ orationis intentionẽ ad ipsos crucifigentes. Et vt erga eos paternã iusticiaz ad misericordiam flectat: ignorantiã illorũ allegat dicẽs. Quia nesciunt quid faciunt. Sciunt vtiq̃ q̃ crucifigunt: ignorãt quem crucifigunt. Rhomani eñ erant aut de gentib⁹ incircũcisis ministri ꝛ milites pilati: qui ꝫ ad litteram exercebãt nutriti sub cultu pfidie que dicebat̃ seruitus idolorũ: nec assueti fuerant vaticinijs ꝓphetarũ vt cõiecturari possent alicuãdo dei filium in carne venturũ: vnde'omnino nesciebant quẽ crucifigebãt. Miserem misericorditer subuenit eis pietas saluatoris. Omnis eñ culpa facilius veniã ꝓmeretur: q̃ ab ignorantia q̃ que a malicia exordiũ sumit. Nesciebant eñ quid facerent: cũ fidẽ credulam adhiberent diffamationibus iudeorum ꝛ eis gestientes placere animosius christũ penis crudelissimis afficiebant. Proinde xp̃us in penis agitatus a malis: repletus dolore: ꝫ coactus amore ꝓ eis interpellat ad patrem. Pater dimitte illis: quia nesciunt quid faciũt q. d. Judei licet ñ ꝓprijs mãib⁹: tñ odio ꝛ malicia. Isti xo officio ꝛ obediẽtia crucifigunt. Secũdo põt ex xp̃i magna pietate comphendi: q̃ etiam ipi iudei ad hanc intercessionez ꝓ cõsequẽda indulgentia ptinerent. Illi dumtaxat qui xp̃m omino ignorauerũt. Si vero scientes in istam orationez venissent frustra saluator dimissionis cãm innexisset: quia nesciunt quid faciunt. Est siquidẽ: quia semper redditio cause. Quo ergo sciẽtes q̃ fiebant ꝛ faciebãt aut ꝓsentiebãt in necẽ filij dei ad istã oronẽ potuissent ptinere: tñ qr tñ de ignorãtia ꝓ redditione cause ꝓponat̃. Quo etiam gentiles seu iudei ignorãtes potuissent excludi cum ꝓ pctõribus exorare: ꝛ velit oẽs homines saluos fieri. Tertio dici põt q̃ ad quoslibet pctõres dirigebat intentionẽ: q̃ q̃tacunq̃ malicia offendere videant: tñ q̃ttuor ignorantias habẽt. Ignorãt eñ q̃tã iudicis maiestatem offendãt: q̃tã pfis benignitatẽ cõtẽpnant: q̃tã turpitudinem anime sue infligũt Ac q̃tũ tormentũ eterni cruciat⁹ incurrunt.

UVA. BHSC. IyR_032

Fe.vj.p̄ dñicā oliuarū ī.xl.de passione dñi

Jā igit̄ xp̄o crudeliter in cruce pendēte sibi ī pena simili sed in dispari causa crucifixerunt cū eo alios duos latrones vnū a dextris ⁊ alium a sinistris: vt xp̄s puersa intentione agēcium esset in medio damnatorū q̄si sūb⁹ sceleribus inuolutus. Fuit in mysteriū nihilominus ante p̄dicta Esa.liij.c. hec infesta societas. Et cū sceleratis deputatus est vt nihil in christo credat aut ex xp̄o aliquid fortuitu p̄ueniſſe. Jn his igit̄ manifeste claresc̄it quāta p̄ nobis voluit pati: in cui⁹ passione ⁊ morte tot ⁊ tanta insimul cōcurrerūt que augmentum dederūt illu⁹ confusioni. Nam voluit pati in ciuitate metropolitana in qua añ sex dies fuerat glorioſe receptus. Jn festo solenni azimorū q̄n de vniuerso populo israel cōuenire debebat hora meridiana: q̄n plures concurrere poterant ad videndū. Erectus in altam crucē in caluario monte vt ab oñib⁹ melius videret. Jn loco punitiōis malefactorū. in medio latronum: totaliter nudus ad spectaculum opprobrij erectus. Denudationem aūt exprimit Amb. di. Auctor nr̄e salutis sic nudus positus fuit in patibulo crucis: sic nudus exiuit de vtero v̄ginis. Scōm aūt quosdam mater videns sic vituperose: nudatū velum capitis sui sumens ad xp̄i pudibunda p iecit: quodq̄ ad solamen virginis illis pudibundis locis miraculose adhesit: quod si verum fuerit ignorat̄. Jnter fideles aūt pingitur crucifixus in illis locis velatus potius p aspicientū honestate: q̄ p illi⁹ actus astruenda veritate. Cum eñ tunc xp̄s esset diri iudicij p nobis impijs sup filium dei: nō mihi apparet tunc aliquod miraculū factum qō eius dolorem vel dedecus breuiaret seu aliqō adiutorium patiēti dei filio ministraret. Sz magis ip̄e ihesus ſm suam diuinitatē opans ⁊ ſm charitatem amplectans: elegit oñia facere atq̄ pmittere que possent eius dedecus augere ⁊ ampliare dolorem. Post hec aūt de mandato Pilati nō intelligentes altitudinem rei geste p triūphalem titulum iesum a reliquis distinxerunt. Tenor tituli talis erat. Jhes⁹ nazarenus rex indeorum. Que verba in q̄daz assidula scripta erant ⁊ apposita humano studio sup caput eius amote pauliſp: non q̄ caput ip̄a contingeret. Hic titulus elemento triplicis lingue scriptus erat. ſ. hebrayce: grece: ⁊ latine: de quo titulo supra sermōe. xlix. latius dictum est. Jn his tribus linguis ſm Theophilum ideo scriptus est: quia ille erant p̄ncipales lingue vt apte ī sinuaretur q̄ ip̄e erat rex. Theologie q̄tū ad hebreos i q̄b⁹ erat dei scientia. Phisice q̄tū ad grecos in quibus erat p̄bica eloquētia. Et practice q̄tū ad rhomanos ⁊ latinos in quib⁹ erat bellandi ⁊ regēdi potentia. Jn his trib⁹ linguis apls suas scripsit epl̄as: vnā ad hebreos. xp̄j. ad grecos: et vnam solū ad rhomanos. Magno tñ p̄sagio futurorū est actū vt in his tribus liguis ihesus rex fuit appellatus. Nā ⁊ xp̄m statim mūdo editum: sequit̄ titulus. Nomē: rē: famāq̄ ostutē: vbi est qui nat⁹ est rex iudeorū. Mat. ij. Jp̄m quoq̄ miracula facientē cū hierosolymam sup subiugalia introiret: regem vult eum turba p̄ferre ac rex israel a p̄l̄o p̄clamat̄ Nunc quoq̄ moriens rex scribit̄ iudeorum: vt ex hoc manifeste claresc̄at q̄ ihesus hō vnit⁹ deo: nascens viuens ⁊ moriens credatur rex omniū seculorū: nihilq̄ sibi p̄terea que passus est fuisse de regia maiestate sublatū. Ad ⁊ Joh. Apoc. xix. c. alia cōtēplatiōe cōspexit cum ait. Et habebat in vestimēto ⁊ femore ei⁹ scriptum. Rex regum ⁊ dñs dñantiū. Hunc ergo titulū multi legerūt iudeorū tam bona q̄ suppositus erat: q̄ deinceps: qñ ppe ciuitatem erat crucifixionis locus ad quem facilis erat egressus ⁊ regressus inciuitatem. Murmuratōe iam in populo deuoluta: p̄incipes iudeorū adire Pilatū rogatiōib⁹ dep̄cantes: ⁊ argutis sermonibus suadentes: vt aut deleret titulum: aut supadderet quia ip̄e dicit: rex sum iudeorū. Sed magna fuit Pilati nō ex se: sed ex deo constantia: vt nec deleret: qō iudeox prauitas siue missa falsitate quesiuit. vnde admiratione magna suspēdimur q̄ pilatus nō denegauit iudeis xp̄i mortē: ⁊ tamē nunc tituli denegat abolitionē siue additionem di. Ad ſcripsi scripsi. Ad quidē diuino mysterio factū ē: q̄ hūc titulū abolere nō potuit q̄uis sententiā mortis expauefactus aut male suasus emiserit: qñ die tertia resurrexit sicut nec ascolonita poterat delere hunc titulus: vbi est qui natus est rex iudeorū. Mat. ij. vt mystice innuat̄ q̄ post̄q Pilati decretuz nō potuerūt mutare iudei: qūo mutare potuerunt q̄ ihesus nō sit filius dei. Si sic hoim decreta firmant̄: que deus eternus statuit qūo mutabunt̄? Magna nēpe iniquitas est: quā do nocentes ex oñi pte iudicare velint penitus innocētes. Criminosi⁹ quoq̄ est velle iūq̄tatem regulis ⁊ florib⁹ ornare iusticie: q̄ ō linquere impetu volūtatis. Jntelligendū tñ ē p̄ histozie veritate. q̄ dū xp̄s cruci affigebat nulla de supscp̄tiōe ad pilatū facta ē. Intēde

UVA. BHSC. IyR_032

bāt em̄ oēs crudeli mysterio ꝛ vacabāt derisionib⁹ ipie p pietate pēdēl. A sexta aūt hora qñ xp̄s crucifix⁹ ē facte sūt tenebre vsq; ad horam nonam: vt timētes fere oīes absconderēt nec lux p̄stabat oferēs ad lecturā. A nona vo cōfugatis tenebris lux adeēt. Hec concecatio facta ē. Decoratis aūt patibulis corporibus damnatorū ꝛ titulo posito sup xp̄m pilati milites se ad vestimenta dolētis ꝛ pauperis diuidenda tanq; data eis in p̄dā quer-tunt. Et illius pallium scin dūt in quattuor p-tes: ꝛ accipientes tunicā qua sb̄ pallio vtebat quā oīnino inconsutilē ꝛ integram ꝛ in nullo diuisam ꝛ oīni diuisioni cognoscētes ineptā velut rem pulcrā in toto ꝛ cōpetentib⁹ aptam turpem vero in p̄tibus scissis aptis vsib⁹ non tradendā: illā penitus nō diuidere decreuer-eam taliter disponētes vt ei⁹ esset cui sors desuper ei missa cōcederet: vñ Joh. ait. q; milites dixerūt adinuicē. Nō scindam⁹ eam ꝫ sortiamur de illa cui⁹ sit. Nam sicut ꝑoū. xviij c. salomon ait. Cōtradictiōes cōprimit sors ꝛ inter potentes quoq; diudicat: Ꝛ factus est vt scriptura impleret que ait. Partiti sunt vestimēta mea sibi ꝛ supvestē meā miserūt sortē Ex his manifeste clarescit q; Ꝛ xp̄i redijt ad alpha illius: vt qualiter paup nat⁹ sit: ꝛ paup mortu⁹ est nudus habēdi: ꝛ voluntate ingressus est: sic ꝛ progressus: sic quoq; egressus ē: hec tñ in mysterio contingebant. Naz vestis filij dei assumpta humanitas ē. Quattuor p-tes facte sūt quattuor militib⁹ distribuite. Et em̄ ad q̄ttuor mūdi p̄tes xp̄i hūanitas p fidē distributa est ꝛ oīnibus ipsis dumtaxat q̄ militauerunt in milicia noui regis. Tegebāt christum vestimēta eius: sed expoliatus ē vt nobis oīnino eius mysteria patefiant: ꝛ amor q̄ ab eterno eluceſcat clarius diuisa sunt: vt nū q̄ velamentū vltra cōueniat. Nā neq; vberius coopiēdus est xp̄s ꝫ pamph⁹ in gloria reuelandus. Intelligim⁹ iam em̄ ex fide oīa opa ꝛ mysteria ei⁹ mores atq; doctrinā ꝛ tot⁹ patefactus in aere expirauit. Tunica aūt inconsutilis que diuidi nō potuit: nostre fidei arguit vnitatē: vnitas aūt oīnino indiuisibil est. Sic ꝛ vnitas nostre fidei scindi neq̄t: pōt nempe homo a fide rescindi: sed fides potest nullo modo p̄scindi: sicut de hoc plenius supra sermōe. iij. ꝛ ar. j. p totū dictū ē. Significat em̄ charitatem que vna primus ē atq; vna q̄uis ab eo multi p̄grediant effect⁹: nec per hoc diuidi pōt veluti solis radij qui numero sitate ab ipo refulgent: ꝫuāt tñ in origine vnitatem. Nō em̄ sol diuidit etiā si radij diuidāt vnum quidem est corpus luminis etiā si multiplicent radij lucis: vtraq; em̄ vestis ē desuper contexta per totum. Hanc texturam merito apellauerunt martyrū ꝛ ecclesie passiones ꝛ cuncta opera que fidei ꝛ charitatis construunt pulchritudinem ꝛ astruunt firmitatē Illudebatur ab oīnibus christo in cruce pendenti ꝛ fere oīnis vilitas sibi obijciebatur in faciem. Nam ꝛ p̄tereuntes blasphemabāt in eum mouētes capita sua. Et dicētes: vach qui destruis templum dei ꝛ in triduo reedificas illud. Salua temetipsum si filius dei es descende de cruce. Nec mirum si p̄tereuntes blasphemabant: quia non subsistunt vt agnoscant inuisibilem veritatem. Pretereūtes quidem erant iudei: nec in scripturis subsisterunt vt in eis christum reperire possent. Remiserat eos domin⁹ ad scripturas: vt i ipsis subsistendo non p̄tereundo scrutarent q̄m ipe testimoniū phibebant de ipso. Sz mouebant capita sua velut frenetici quibus obnubilatum est iudiciū rōnis. Arguendo improperabant vach qui destruis templuz dei ꝛ in triduo reedificas illud. Si hoc poteras quare temetip̄m saluare non potes? Filij hominum te posuerunt in cruce: ꝛ si tu filius dī es ostende te sup homines descende de cruce. Non curabat impropria christ⁹. Nec mouebatur animus eius: vt occultam potentiā vellet demonstrare derisus: nec hominū violentia crucifixus erat. Propterea nec suggestione deridentium hominum defigebat: nec de cruce etiam descendebat impatiētia vict⁹. Similiter et principes sacerdotum illudentes cum scribis et senioribus dicebant. Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. Si rex israel est: descendat nunc de cruce ꝛ credimus ei: vt verificaretur quod prophet⁹ in persona domini ait. Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labijs ꝛ mouerunt caput. Et iterum. Audiui vituperationem multorum commorantium in circūitu Ꝛ impia vilitas et crudelis iniquitas. Illudere homini in proximo morituro. Petunt de cruce descensum in argumentum potentie et virtutis: atq; falso spondent crudelitatem si de cruce descenderet: qui tamen ei credere noluerunt cum mortuus ꝛ sepultus a mortuis resurrexit. Quod altioris virtutis fuit: Vide quanta crudelitate seuiunt contra christum: quando non suffecerat eis tanta excruciasse ludibria contra eum per totaz noctē vsq; ad istā horā: ꝫ tanq; effrontes reiecto oi

UVA. BHSC. IyR_032

hũano pudore mansuetissimo agno insultare et in cruce morienti non cessant. Quid pensandum est q̃ fecerũt ei ministri principum ꝛ sacerdotum q̃ũ hi seniores in quibus debuit maturitas apparere ex interno odio ꝛ furore in tot crudeles insanias exteri⁹ ꝓruperunt: q̃ in tanta festiuitate dierum sanctorũ nõ erubescentes populum contra oñem cõsuetudinem ad locum opprobrioſi supplicij exiuerũt morienti iusto: tã crudeliter insultãtes. Quid eñ credendum est q̃ ei fecerunt de nocte q̃ũ illuz in suis domibus habuerũt. ꝓstq̃z nũc in publico coꝛã populo tot illusionibus impꝛperijs ꝛ contumelijs iam penitus morienti iniuriantur.

Quãta liberalitate christ⁹ latroni largitus est paradisum: et de admirandis virtutib⁹ et priuilegijs ipsius latronis. Ca.ij.

Secundus christi inflãmans amor in cruce fuit mire deuotionis. Tẽ poze ꝛempe abundantie gratiarum. i. quo sanguis effundebatur in cruce: voluit iesus xp̃s suã ostendere largitatẽ: ꝛ largissimam charitatem in muneribus suis: vnde ad cõuersum latronez iesus alta promissiõc. Luc. xxiij. c. rsidit dicẽs. Amen dico tibi: quia hodie mecũ eris in paradiso. Circa hunc aũt latronẽ tria ad p̃sens considerem⁹. ꝓmo p̃miũ. secundo meritũ. tertio priuilegium. ꝓmo eñ cõsideremꝰ p̃mium eius quod ei a christo in predicto verbo largiflua charitate promissum ẽ. Libetvi q̃z hui⁹ p̃missionis causa admirande de quo libet verbo pquirere sensum ꝛ tam ample gẽtie ꝛ amoris iuestigare dulcores. Septẽ dulcores seu dulcedies huic latroni xp̃s ampla miscõia dispensauit. ꝓma dicit iuramenti veritas. secũdo annunciata pietas. tertia electiua charitas. quarta tempis breuitas. quinta diuina societas. sexta eterna stabilitas. septima gloriosa iocunditas. ꝓma ẽ iuramẽti x̃tas: quia dicit. Amen: quod est iuramentum: sicut ꝓpheta ait. Jurauit dñs ꝛ nõ penitebit eũ. Secũda ẽ annũciata pietas: quia subdit dicẽs. Os aũt dñi locutũ est q̃ nõ mentiet tertia est electiua charitas: quia addit tibi. s. qui olim fuisti in tot scelerib⁹ implicatus: nũc vero ex gra ad me cõuersus. Quarta ẽ temporis breuitas: quia subiũgit hodie. s. sine diutina mora vt magis florida gratia eluceſcat Quinta diuina societas: cũ dicit mecũ. Sz q̃ adheret deo vn⁹ spũs est cũ eo. Sexta eterna stabilitas: adiungit eñ: eris firmit⁹ in eternũ. Septima ẽ gloriosa seu ꝓsũmata iocunditas quã exp̃mit cũ dicit. in paradiso. i. in dei beata fruitione. Q̃d in eodẽ die sicut in sequenti tertia pte ꝛ. ij. c. ꝛ. c. vlti. ptz impletũ ẽ. Scõm eñ Alexan. de hal. sup Lucã notant. Aduertendũ ẽ: q̃ eadẽ tempe atq̃z hora q̃ Adã iuste de paradiso ejcit: latroni misericordit apik: preuenit eñ xp̃s hora nona moriendo latronez secutus est latro quasi vespe crurifragio celebrato. Secũdo cõsideremꝰ hui⁹ latronis meritum. s. vnde tñ ei promissum ẽ p̃miũ. Haz si diligẽter cõsiderentꝝ x̃itates taz theologice q̃z morales que sunt mẽti hui⁹ latroni infuse faciliter ducit anima ad stupoꝛẽ in eo clarissime recognoscẽs amplissimã miscõiaz dei ad pctõres. ꝓmo eñ cõsidera ei⁹ admirabilez fidẽ. Cũ christo eñ nunq̃z fuit cõuersat⁹: nec forte eñ ante nouerat eũ: nõ fuerat secut⁹ doctrinã eius: nec etiã vitã: ꝛ ipietatis opibus se exercẽs: iuste patiebat exitiũ mortis. Huius mira nimirũ fides qui christũ ab oñib⁹ derelictum: ab oñib⁹ publice cõdemnatũ: afflictũ infirmũ opprobriũ hoim ꝛ cõtumelijs saturatum: ꝛ iam morti vicinũ: ꝛ ipe vicin⁹ morti a nemine doctus: a nullo p̃monitus: dei filiũ ꝛ verũ hoiem credit: ꝛ vbi qui ei⁹ doctrinã audierant miracula viderãt: ꝛ pauloañ in cibuz de manibus eius sanctissimis coꝛp⁹ illi⁹ sumpserant: fugiendo negabant: iste solus cũ tacente ꝛdgine ipm dei filiũ indubitata fide i aio suo credebat. Scõ quoq̃z ꝓsidera ei⁹ firmissimã spem. s. ab illo sperare salutẽ quã in coꝛpoze ꝓpio videbat oñi salute puatũ. Tertõ ꝓsidera ei⁹ feruẽtissimã imo ardẽtissimã eius charitatẽ: ad eũ quẽ videt i ipa die precio sue suemorti padisum sibi ꝓferre tot scelerib⁹ irretito: vñ totũ qd̃ habuit ipi iesu i amoris pfecti sacrificiũ imolauit manib⁹ ei⁹ ꝛ pedib⁹ crucifix⁹ nõ valuit sibi fuire nisi tñ cũ duob⁹ mẽbris. ꝓmo coꝛde. scõ lingua. ꝓmo eñ sibi coꝛ in thimiama pfecti odoris ardẽti charitate sacrauit. Scõ xo linguã sibi obtulit x̃i cãdo q̃d dñs Abat. xij. c. ait. Bon⁹ hõ de bono thesauro coꝛdis sui ꝓfert bona. ꝓinde q̃ttuoꝛ amoꝛes ardentissimos lingua sua de coꝛde exp̃sit. ꝓm⁹ fuit amoꝛ ꝓfessiõis. scõs cõpassiõis. terti⁹ coꝛrectiõis. q̃rt⁹ xo pfectõis In q̃bus quidẽ amoꝛib⁹ apte mõstrauit q̃ in q̃ttuoꝛ dimẽsiõib⁹ crucis xp̃o p amoꝛẽ ꝓcrucifix⁹ erat i cruce. ꝓm⁹ aũt fuit amoꝛ ꝓfessionis q̃ fuit sue crucis ꝓfundũ dñi sua ꝓpria ac tot⁹ humani generis scelera ꝓfessus asserens nos penalibus angustijs digne plecti cum ait: Et

UVA. BHSC. IyR_032

nos quidem iuste. ſ. patimur. Nam digna factis recipim⁹. In magnis quidē cognitionibus ferebaꝫ qui ſe iuſte digneq; pati pfiteba tur. Magna eſt pars venie apud deū hoc cognoſcere ſimiliter ⁊ fateri. Secūd⁹ fuit amor cōpaſſionis qui extitit latitudo crucis ſue: dū angustias ieſu chriſti gratuitas aſſerēs ex ſola charitate chriſti procedere allegat eius innocentiam di. Hic vo quid mali geſſit? Illuminata quidem intelligentia recognouit innocentiam chriſti quem iudex publice ad mortem condemnauerat. Difficile quidem eſt dicere aut credere aliquem ſine culpa quem iudex ordinarius ad aliquā penam damnat vt reum ſeu cum aſſertiōe teſtium aut declamationibus populorū. Nam ſi nō teſtibus: attū clamoribus totius populi damnatus eſt xp̄s Et quē totus populus poſtulauerat validiſſimis vocibus crucifigi: latro iſte dicit: hic vo quid mali geſſit? vnde hic latro agnouit q; nihil mali fecit cum quo non fuerat conuerſat⁹ Qua via hec ſibi irrepſit noticia q; chriſt⁹ nihil mali fecerat: nō vtiq; aliūde accepit q̄ ab eo quē aſſerebat moriens innocentē. Tertⁿ quoq; fuit amor correctionis qui extitit longitudo crucis ſue: dum blaſphemantē latronem impiū charitatiua reprehenſione cōpeſcuit di. Neq; tu times deū qui in eadē damnatiōe es. Vide ſeruorē hui⁹ latronis ligno corpe pendens: corporalium penarū oblitus coꝝ iudice intermedio pendente ſodalem arguere: ⁊ etiam inſtruere nō verek dicēs. Neq; tu times deum qui in eadem damnatione es. Neq; tu times deum quē vnitū carni deū eſſe nō credis. Nō times deuz qui oppugnas hoiem innocentē cui blaſphemias irrogas. Nō times deuz morti vicinus cui omis ſpes eſt adempta viuendi qui verbis malis: malapficis: cuz ligno affixus opere iam complere nō poſſis. Nō times deum qui in eadem dānatione mecū qui timeo deū es? Aut in eadē damnatione penarum corpalium cuz deo es qui corpe aſſumpto inter nos pendēs ppria patitur voluntate. Nos quidē iuſte patimur Ad cōſiderationez male vite acte: remittebat iſte ſocium vt reuocaret ad memoriā mala q̄ fecerat vt dignā malefactis aſſereret penam quā ligno affixi ferebant. In memoria nempe p actorū ſcelerum omem penam aſſerit indecentem ⁊ iniuſte ferri dicit omē tormentū: ac irrefragabiliter vera iuſticia dictat: vt pena culpam inueniat. Nouerat latro iſte ordinem diuine iuſticie que malū aliquod inultū eſſe nō patitur: ad quā iam afficiebaꝫ amore q̄uis corpore torqueret. Et licet abhorreret ſenſus exterior: interior vero iuſticiam quaꝫ confitebatur amabat quaſi oblitus penarum ex iuſticie zelo vbis punientem iuſticiaꝫ attollebat. Propriū vero eſt ratiōe vtentium pamplius ⁊ hominū electorum diligere atq; laudare iuſticiam etiam ſi ex illius decreto aſperrime torqueāt. Nam ipe naturalis iuſticie ordo interius lucens mētibus hominum dictat crimina ſine pena nō eſſe que inuiſibilibus ſemp eſt pſto q̄uis interdū viſibilit differatur. Quart⁹ aūt fuit amor pfectionis q̄ extitit altitudo crucis ſue. Nam toto mentis affectu ac benigno lingue affatu cum inexplicabili cordis humiliatione ⁊ cōtritiōe: necnō cum tanta mentis deuotione: ⁊ q̄tum pmiſit acerbitas ipſa ſuplicij cum conuerſione benigna faciei ⁊ humili ad dīm ieſum ſtupēde pfectionis ⁊ breuitatis orationem effudit dicens. Domine memento mei dum veneris i regnum tuum. In quo omis cōſummata pfectio mirabiliter continek ſi deuota mēs noverit explicare. Sed vt aliqualiter patens fiat. Primo conſidera in q̄ta fide iſte latro fundak: qui in moriente credit vitā eternam. Secundo vide q̄ta ſpe firma ad eterna erigitur qui ab illo qui ab omi mūdo ejcit: ſperat regnum celeſte. Tertio pondera in q̄ta exceſſiua charitate loquak: qui ſola dilecti ieſu memoria contentus eſt. Iterū quo ad virtutes cardinales. Primo conſidera quali fulcit prudentia: qui nulla poſtulat caduca. Secundo quali fortitudine roborat⁹: qui ſic ſubito ſuper omia ſua ſcelera ſupferk. Tertio quali tēperantia contentak qui ſola ſaluatoris volūtate premij mēſuram reliquit. Quarto quali fulcitur iuſticia: qui ſic omib⁹ debita ſua diſpenſat ſm exigentiam rōnis: vt ſibi ipi ppie confuſionis contumeliā in confeſſiōe redderet primo trāſgredienti charitatiuā correctō nem impenderet. Et ideo ſaluatori plenā ſue mortis cōpaſſionem ⁊ totalē ſue volūtat⁹ immolationem p tranſformantē charitatē offerret Propterea nec mirū ſi ſic hūc latronē dūſuz ⁊ in tanta pfectiōe leuatū: ſaluator tanta ſuauitate repleuit: ⁊ ſic copioſe ditauit qñ rſidit ei di. Amen dico tibi: hodie mecū eris in paradiſo. Tertio quoq; conſiderem⁹ hui⁹ latronis priuilegiū. Singulariſſima em̄ priuilegia gre in latrone iſto fluxerūt q̄ ad dnq; reduci poſſit. Primuz em̄ priuilegiū fuit aſſimilatiōis. ſecūdū aſſociationis. tertiū defenſiōis. q̄rtū petitiōis. quintuz figuratiōis. Primū inq; priuilegium fuit aſſimilationis. Solus etenim

UVA. BHSC. IyR_032

latro iste inter christi mēbra computatur: pas-
sus est suppliciū crucis simul cum ipo: in quo
decorat effigiata similitudine saluatoris: qa
crucifixus crucifixum associat. Nec hoc priui
legium cōuenit alteri cuicūq. Nec tñ obstat
q̄ p̄ suis sceleribus crucifixus fuit: quia post
plenā cōuersionem fuit legitimū membrum
christi: t extunc pena sua configurata fuit fili
tudini mortl eius. Secūdū eñ fuit priuilegiū
associationis: quia solus ipe matrem xp̄i asso
ciauit lamentatione dolorosa: morientis filij
dei factus eius soci⁹ in fide atq; dolore. Nul-
la eñ alia creatura p̄sentis vite matrē associa
uit in p̄dicti. Licet eñ Johes t Magdalena
amare deflerent morientem ihesum: nō tñ de-
flcuerunt eum vt deum pro redemptiōe hu-
mani generis morientem: vnde t eorum la-
menta multum fuerūt informitate insipida.
Solius aūt hui⁹ latronis cū maternis fuerit
accepta lamenta: quia vere deum credidit de
sup infusa fide quē cuz incredibili dolore ho
minem ante oculos suos morientē vidit. Ter-
tium aūt fuit priuilegium defensionis. Nam
christo condemnato a iudeis ip̄ius tanq̄ reo:
latro iste eius innocentia p̄dicauit publice: et
ipsum saluatorem suum morientē tanq̄ eter
num deum armis quibus poterat tanq̄ su⁹
collateralis miles strennue defensauit: Unō
p̄t probabiliter credi: q̄ nō solum scelestem
increpauit latronem: t sibi christi innocentiā
allegauit t p̄priū scelus iniecit: sed etiam pro
teruos iudeos ac malignos p̄ncipes post taz
duras contumelias saluatori illatas nō satu-
ratos de supplicijs eius qui sic impie exierāt
insultare morienti Jesu aspera increpatione
confudit. Nec est incōueniens ad credendū
q̄ cum ipe supuixit morienti iesu: t videt ma-
ternos gestus erga filiū dolorū amaritudies
exprimētes q̄ aliqua compassibilia verba fili
alis dulcedinis plena: illi quā suam verā ma-
trem veraciter cognoscebat exp̄sserit. Qui et
iam se redemptū nouit a christo non dubita-
uit se filiū virginis matris eius. Quartū ve-
ro fuit priuilegium petitionis. Naz iste latro
solus postulauit salutē: qñ saluator mūdi eaz
p̄ oñibus faciebat: vnde t habundanter eā
recipe debuit sicut t fecit. Quintū quoq; fuit
priuilegium figurationis. Nam ipse figuraz
tenuit t quasi vicē omniū electorum. Et cum
ipe replet⁹ fuerit sp̄ūsc̄o tanq̄ electus ad ista
priuilegia acquirenda t multa alia que non
sufficio explicare: vtiq; credēdū ē q̄ sp̄ūsc̄us i
habitans eū agitauit eū ad oia faciēda q̄ dece
bat ipm facere tanta imutatione a xp̄o sub il-
lo innouatum. Arbitror aūt q̄ electrix gratia
dei que tm refulsit in eo vt ect figura omniū
redemptiōis: istū latronem tam plene cōpa-
tiendo iesu: q̄z in p̄dicando sanctitatē illi⁹: q̄z
in associando lamentantē mrem: q̄z in argue
do iudeorū pteruiā t impiā cecitatem: q̄z in p
uocando omnes assistentes ad tanti piaculi
aiadūsionē t sensum fecit strennuissime opa-
t Ertia p̃paratio est excussio omnis negligentie. Oĩs nempe negligentia abijcienda est a mente: que tñ dño susceptura est. O si expectares in domo tua cuiusdã magni dñi aduẽtum: q̃ta solertia. q̃ta mũdicia. q̃ta q̃ diligẽtia disponẽs domũ tuã: q̃to magis p̃parandum est conscientie hospitiũ regi celorũ t dño angelorũ. Hinc ad te loquit Esa. lij. c. dicens Excutere de puluere. s. negligentis vite: consurge. s. p vigilantiam mentis t corpis: sede hierusalem. s. p tranquilitatẽ cordis. Impossibile est eñ puenire ad pfectionem cuiuscunq̃ gr̃e vel virtutis aut cuiuscunq̃ deuotiõis vel gustus dulcedinis dei: nisi multa estimatio eius p̃cedat. Res eñ neglecta t pensa nõ multũ curak hre. Quid eñ est negligẽtia: nisi quedã neglecte rei pensiõr cõtemptus. Cõtemptoribus aũt nunq̃ dignak largiri deus spũalia t substantialia dona cũ negligens ab eis quodãmodo se elonget. Qua ꝓpter cõsulo oĩbus qui cõicare crastina die intendunt: q̃ futura nocte vestiti dormiant: atq̃ euntes hoc sero bona hora dormitũ: futuro mane occasionẽ habeant vigilãdi t surgendi ante diem necnõ t dño mentem preparare deuotam.

Quãta reuerentia sumi debz sanctissimum corpus xp̃i et ꝺ̃ no ua indulgentia data sociãtib⁹ ipsum dũ portak infirmis. Ca. iij.

q Arta p̃paratio est exclusio omnis irreuerẽtie. Qta aũt reuerentia etiã corpali debeat mens deuota occurrere saluatori: ipa rõ manifestat. Insup Ecci. xxxij. c. scp. ẽ. Pro reuerẽtia accedet tibi gr̃a bona: i. eucharistia q̃ bona gratia interp̃tak. q. d. Si p reuerentiaz te digne p̃paras obuiã xp̃o: ipe quoq̃ gratiam multiplicando occurrens tibi honorabit. Et aũt cum debita reuerentia suscipiak tam altissimum sacr̃m: talis eras ordo obseruek si fieri põt. Primo viri t quicunq̃ paterfamilias cum oĩbus maribus domus sue: qui iã cõfessi digne fuerint p̃parati: ad suaz parochiã sũmo mane accedant atq̃ integre t deuote p̃tus audita missa honestis indumentis vestiti oĩno discalciati t capite discoopto: genuflexo coram rege regum t dño dñorũ: se deuote preparẽt suscipe hoc sanctissimũ sacramentum. Demũ velato capite habituq̃ honesto t audita iã missa accedant mulieres cum filiabus ceterisq̃ puellis t famulab⁹ suis que digne fuerint p̃parate. Hanc reuerentiam suadet apls. xij. c. ad hẽb. di. Itaq̃ regnum immortale suscipiẽtes habem⁹ gr̃am p quã seruamus placentes deo cum metu t reuerẽtia. Nec quoq̃ sine vtilitate fiet si pueri t puelle qui ad etatẽ de qua in quarta feria p̃cedenti dictum ẽ nõ puenerũt: a q̃nquẽnio t ꝑ. ad hꝺ̃ spicienda atq̃ cõtemplanda ducank: vt in puellari iam discant: qꝺ̃ tpe suo libeat imitari. Sed quia ait dñs. j. Regl. ij. Qui honorauerit me glorificabo eum: qui aũt p̃tempnũt me erũt ignobiles. Jõo vt ad honorandum hoc sanctissimum sacr̃m oĩes animent fideles: nup p sanctissimũ papã martinũ quintũ Anno. xij. pontificat⁹ sui. Et ab incarnatione dñi. Mꝺ. cccc. xxx. sancitũ est: t p bullam q̃ incipit Ineffabile sacramẽti. Sic hic ad litterã subinferk. Singulis vere penitẽtib⁹ t confessis quit quotiẽs in ipsius sacri festo ieiunauerit: vel loco illius aliud pium iuxta eorũ consilia cõfessorũ opus fecerit. C. Et q̃ p̃missis ecclesijs in qꝺ̃ista celebrari cõtingerit officijs interfuerit. Necnõ epis t alijs plati supioribus q̃ dicti officijs libẽter interẽm: ꝑ q̃min⁹ eis in ipsis ecclesijs interẽ nõ possint p ꝓfuãdis suarũ dignitatũ iurib⁹ t alias tũc legitime ipeditis p matutinalis. cc. Reliquarũ xp̃o horarũ videlicet p̃me tertie sexte none t cõpletorij festi lxxx. Rursus aũt i quibus. libet octauarũ die

UVA. BHSC. IyR_032

bus: p singulis matutinarū missarū ⁊ vesperorum similiter. c. Necnō reliquarū horarum officiorū ⁊ hmōi. xl. Illis qui ꝓcessionib⁹ in q̄bus ipm̄ viuificū sacr̄m in dicto festo iuxta p̄fatarum ritum eccl̄iarū deferē cōtinuo secuti fuerint: ac quibuslibet in festor octauarū diebus ꝓ pace ⁊ tranquillitate eccl̄ie missas deuote celebrantibus ꝓ singulis ipsarum. nec nō alijs in eodem festo eucharistie sacr̄m deuote sumēntibus etiam. c. singulis ānis. Profecto eis qui dum corp⁹ dn̄icum cōicandis ō fertur infirmis: illud cū incenso luminari ꝓcedendo vel sequēdo veneranť: siliter. c. Et q̄ illud ꝑ alīs deuote secuti fuerint: etiam quinquaginta dies de om̄ipotētis dei misericordia ac beatorū apostolorū Petri ⁊ Pauli auctoritate confisi de iniunctis penitentijs misericorditer relaxam⁹.

Quanta discretione debet q̄libet cōicare. Ca. v.

q Tanta p̄paratio est p̄meditatio discreta ⁊ circūspecta. Oportet enim sumentē hunc cibum ab alijs scire discernere p fidem. Nam qui incōsiderate accedit ad hoc sacr̄m teste ap̄lo. j. Corinth. v. Judiciū sibi māducat ⁊ bibit non dijudicans corpus dn̄i. Ille nempe nō dijudicat corp⁹ xp̄i: qui ad hunc diuinū panē tanq̄ ad aliū corporalē cibum incōsiderate accedit Nam cū capacitas nr̄a ad suscipiendum christum efficaciter sit a spiritu: nō a carne: sit in mente nō in ventre: sed mens nō pōt christū attingere nisi ꝓ cognitionē ⁊ dilectionē. i. per fidem ⁊ charitatē: ita q̄ fides illuminat ad cognitionem ⁊ charitas accēdit ad dilectionem Ideo ad hoc q̄ aliq̄s digne accedat: oportet q̄ spūaliter comedat: ⁊ sic ꝓ cognitionez fidei masticet: ⁊ ꝓ deuotionem amoris suscipiat et deglutiat: ꝓ quā nō in se xp̄m transformet: ꝑ ip̄e potius trajciat in mysticū corp⁹ ei⁹. Ad hō Amb. ait. Lib⁹ iste nō vadit i vētrē ꝑ i mētē Propterea sicut qui indiscrete corporalez cibū in sinum suum proijceret ꝙ nō in ventrem: potius se inficeret q̄ ei proficeret: sic qui non spūaliter sed tm̄ sacramētaliter suscipit hunc cibum: nō se reficit sed inficit. Ex q̄ manifeste apparet q̄ q̄ icōsiderate ad hoc sacr̄m accedit: iudiciū sibi manducat ⁊ bibit: quia nō dijudicat corp⁹ dn̄i. Hoc sentit Bonaueñ. in breuiloquio suo.

De oratione cum qua ad hoc sacr̄m q̄libet se preparare debet. Capitulum sextum.

s Exta p̄paratio est ora deuota. Cū oratio sit eleuatio mētis in deum. Qui mēs deuote orat ⁊ obuiā pergit xp̄o ad se venturo vt de eo ꝓpheta dicere possit. Et ego ad te domie clamaui: ⁊ mane oratio mea p̄ueniet te. Et vere dignum ⁊ iustum est: vt postq̄ creator omniuz saluator tuus ad te de celo tanta benignitate descendit: vt tu ei ꝓ mentis eleuatione q̄tum tua valitudo ꝑmittit obuiā ꝑgas: qđ quidem efficere potes in deuota tua oratione: ⁊ cum mentē ab extrinsec⁹ reuocas: ⁊ eam ne ex vagek in seip̄am coartas. Hinc dn̄s Mat. vj. ait Tu aūt cū oraueris intra in cubiculum tuum ⁊ clauso ostio ora p̄rem tuū. s. ad te venturū Quod ꝙ vbū exponens Bern̄. ait. Ingressus in cubiculum est cordis reuocatio: clausio hostij est cordis retentio. Propt eā h̄ duo mēs facile eleuat.

Qr feruida deuotiōe suscipiē dū sit hoc dn̄icū sacr̄m. Ca. vij.

p Septima p̄paratio est deuotio feruida que ex ofonc oriri hz. Est em̄ deuotio ꝑm q̄sdā teneritudo cordis: qua q̄s de facili⁹ in lachrymas resoluit. Vel ꝑm alios Deuotio est feruor bone voluntatis quā cohibere nō valens. certis indicijs manifestat. Deuotio nēpe holocausti dicit esse medulla sine qua oia holocausta arida sunt ⁊ sicca. Nullum vtiq̄ opus est in q̄ tm̄ sit necessaria mētis deuotio sicut in sacra cōione. Nam sicut in p̄cedēti cap̄lo ptz: nec̄e est hoc sacr̄m nō solū sacramētalit sed etiā ꝑ ritualiter manducare. Talis aūt manducatō minime pōt fieri nisi ꝓ fidē ⁊ charitatē. Sz sic̄ ex fide discretio: ita ex charitate deuotio oritū habet ꝙ intermediū ⁊ adiutoriū oratiōis feruentis. Ex hoc em̄ intelligit manifeste q̄ sicut qui indiscrete: ita qui ideuote ad h̄ sacr̄m accedit: iudicium sibi manducat ⁊ bibit nō dijudicans corp⁹ dn̄i. i. nō deuotius sumens sanctissimum sacr̄m q̄ aliū cibū. hoc sentit Bonaueñ. vbi supra. Deniq̄ cū cras fueris constitut⁹ añ dn̄i sacerdotē: ⁊ corā h̄ diuinissimo cibo: mētalib⁹ oculis eleuatis corde deuoto: humilicq̄ tui recognitiōe: ardenti dei dilectione: atq̄ feruenti deuotione dic saporosissime illud vbū. Dne nō sum dign⁹ vt intres sub tectum meū: sed tm̄ dic vbū. ⁊ sa. a. mea. In p̄senti ꝓ gr̄am ⁊ in futuro ꝓ gloriā. Ad quā nos ꝓducat saluator mūdi ihesus: qui cum patre et spiritusancto viuit ⁊ regnat in secula seculorum Amen.

UVA. BHSC. IyR_032

Dñica resurrectionis in mane de christi resur.

Dñica in resurrectione in mane de resurrectiõe capitis nostri iesu christi. Sermo. lvij.

Surrexit non hic Mar. xvj. Et in euãgelio hodierno. Ad optatum et desiderabilem finem religionis christiane hoc ẽ ad resurrectiõis gloriam cõtemplandã iã xpõ duce pducti sumus. De qua decẽ cõtemplationes in psenti tractatu p ordinẽ distinguam⁹ Prima erit de resurrectiõe capitis nostri Jesu xpi. scõa de resurrectiõe t ppetuitate mystici corpis dñi iesu xpi. tertia de vntãsali dominio t regno iesu xpi filij dei. qrta de gra et glia spirituũ beatorũ. qnta de admirabili ḡtia t gloria xḡinis mris dei. sexta de glia substantiali seu essentiali aiarũ sanctarz. septima de gloria consubstantiali corporũ beatorum octaua de gloria accidẽtali que est in beatis. nona de exercitijs beatorũ. decima de sacco mano regi celorũ.

De resurrectione capitis nostri iesu christi.

Surrexit nõ est hic. Jterũ vbi supra Sicut Aug⁹. in quodã sermone de pascate ait. Surrexit christus exultet vniuersus mũdus. Par etenim est: vt sic omnis creatura luctuago doluit ploratu in morte creatoris sui: t que funere noctis obscura psecuta est exequias morientis in cruce. Jta triũphalem ab inferis reditum leta suscipiat resurgentis: quia sicut propheta ait. Hec est dies quã fecit dñs exultemus t letemur in ea. Ad istã igit contẽplationẽ que ẽ de resurrectione capitis nri iesu xpi oculos eleuantes: toto corde credere obligamur angelico verbo tanq̃ vnũ de fidei articulis nuncians ac dicẽtis. Surrexit non est hic. De q̃ resurrectione tria cõtemplemur ad presens. Primo resurrectionis xpi necessitatẽ. secũdo resurrectionis tpalitatẽ. tertio resurrectiõis xpi iocunditatẽ.

Articulus primus q̃ triplici respectu fuit necessaria resurrectio christi.

Primo cõtemplemur resurrectionis xpi necitatẽ. Scõm ei Alex. de bal. in. iij. suo, tripliciter fuit necessaria. Primo viatoribus. scõo cõprehẽsoribꝰ seu beatis. tertio addi pot q̃ fuit ḋdãmõ necessaria pro damnatis.

Q̃ christi resurrectio viatoribus necessaria fuit et maxie pro pter tria. Ca. j.

Primo resurrectio xpi fuit necessaria viatoribꝰ. Et maxime ppt tria Primo ppter iustificationẽ. secũdo ppt recõciliationẽ. tertio ppter multiplicationẽ seu ampliationẽ: hoc est ppt gram acq̃rendã reformandã t multiplicãdã Primo aũt fuit necessaria ppter iustificatiõz vñ apls. iij. c. Rho. Surrexit ppter iustificationem nostrã. Et iterũ. v. c. ait. Hos saluatis sum⁹ ab ira p ipm. Saluatio eñ ẽ termin⁹ a q̃ scz a pena: saluari xo in vita ẽ tmin⁹ ad quez scz ad vitã. Vñ glo. ibidẽ ait. vt iuste viuam⁹ q̃ aliter viuere nõ poteram⁹. Si ḡ aiam solis descendentẽ ad inferos xpus mortu⁹ saluat nos ab ira: ḡ ad saluandũ in vita q̃ sit viuus ḡ exigit tanq̃ necria resurrectio ei⁹. Secũdo resurrexit ppter recõciliationẽ. s. si casu iã iustificati iterũ cecidem⁹ in pctm. Hinc. ix. ca. Heb. apls ait. Vt aparet vultui dei p nobis. s. cũ corpe t aĩa vt oret p nobis. Propter ea q̃dã dicũt q̃ xpe ḋdammõ cã meritoria ẽ vt omnipotẽs pat miscreat nri. Tertio etiã resurrexit ppt multiplicationẽ seu ampliatõez dispositiõis ad suscipiẽdũ gram. t h ẽ ex pte suscipiẽtis graz ipam. Hinc hũana natura tota ordinat ad xpm. Et postq̃ etiã assumpta ẽ a sanctis angelis: magna ei reuerentia exhibeb. Jn cui⁹ mysteriũ Apoc. ix. Cũ eñ ei loquentẽ iohes vellet adorare. Ait angelus ei. Vide ne feceris cõfu⁹ eñ tu⁹ sum t fratrũ tuorũ habentiũ testimontũ iesu. Propter ea adũtendũ est q̃ ipa natura hũana copiosiorẽ gratiam suscipe pot q̃ alĩ posset. Vñ in carnis assumptiõe hmõi dispositionẽ accepit. Jn passione xo maiorẽ dispositionẽ suscepit. Sz in resurrectiõe etiã ampliorẽ recepit. Hinc ẽ q̃ h natura hũana dispositio generalis amplior ẽ ad gram ex natura ipsi⁹ spẽi fm q̃. iij. c. ad Rho. apls. ait. Resurrexit ppt iustificationẽ nram. Mortu⁹ ẽ ppt delicta nra. Q̃ ḋdẽ propter fidẽ t dilectionẽ ẽ dcm. Jntelligenduz ẽ ḡ q̃ resurrectio iustificat: silr t passio. Sed passio iustificat in adulti solũ ppt fidẽ t amorem: h ẽ vt credita t dilecta. et exigit h vt habeat iustificatiõis effectꝰ. Vñ sufficiẽs cã iustificationis ẽ passio: ḡ efficiẽs nõ nisi credat etiã deꝰ passus. Ad q̃ ḋdẽ resurrectio maxi-

UVA. BHSC. IyR_032

me opaꝝ. Vñ sup illō ppbe. Que vtilitas in sanguine meo. glo. ait. s. si statim nō resurgo corruptūq; fuerit corp⁹ meū: nemini annunciabo: nullū lucrabor: ⁊ ita pibit ꝓfessio. i. testimoniū deitatis. Et ideo Act. .ij. Quē deū suscitauit soluꝫ doloꝛib⁹ inferni. glo. assertio est resurrectiōis hui⁹. Et sic ex p̄dictis apparet q; ncēria fuit resurrectio viatoꝛib⁹.

Q̄ resurrectio christi propter tria comprehensoꝛibus necessaria fuit. Ca. ij.

Ecūdo resurrectio xp̄i ncēria fuit cōprehensoꝛib⁹ seu btis. Et maxie vt trib⁹ gloria crescat. ℙrio beatl angelis. scō beatl aiab⁹. tertio beatis coꝛpib⁹. ℙrimo inq; vt crescat glia maioꝛ āgelis etiā in pūti: qz ex glorificata hūanitate xp̄i in eis duplex delectatio repit. Una i cōtemplatione deitatis. Alia in ꝓtēplatione hūanitatis in quā desiderāt angeli ꝓspicere: vt dicit. j. ℙet. j. c. Scō vt crescat maioꝛ glia aiab⁹ btis isup in pūti: sic p̄dictū ē. Tertio vt crescat maioꝛ gloria beatl coꝛpib⁹. Nā ad resurrectionē coꝛpoꝛū resurrectio sua cā erit resurrectionis future: ⁊ b̄ i futuro. Vñ p̄s. Ad vesperꝫ demoꝛabit flet⁹ ⁊ ad matutinū leticia vbi glo. ait. Dñs mane resurrexit idē nobis ꝓmittens p suā resurrectionē q̄ ē efficiēs causa resurrectiōis nr̄e ⁊ aie ⁊ coꝛpis. Ambo em̄ delectabunt in glia iesu xp̄i: sic Joh. x. c. ait. Ego sū hostiū: p me si quis introierit saluabitur. s. in glia sempit̄na: ⁊ igredieť. s. ad fruendum gloria q̄ erit in aia vt glia mea cū deitate ꝓiūcta: ⁊ egredieť. s. ad ꝓtēplandū hūanitatē meā: ⁊ pascua inueniet. i. delectatiōes imensas repiet in vtriq;. Ex p̄dictis ḡ euidēt apparet q; xp̄i resurrectō ꝓphēsoꝛib⁹ ncēria fuit

Q̄ ꝓ dānatis fuit necessaria resurrectio xp̄i: et maxīe ꝓpter tria. Ca. iij.

Ertio resurrectio xp̄i fuit ex ncēria ꝓ dānatl. Et maxie vt in inferno ex iustitia dei trib⁹ maioꝛ afflictio crescat. ℙrio demonib⁹. scō spiritib⁹. tertio coꝛpib⁹. ℙrimo vt crescat maioꝛ afflictio demonib⁹ q̄ icarnatiōis exoꝛdio xp̄m i carnandū viderūt: ⁊ illi inuiderūt ꝑm Berñ. Et iuidia diaboli moꝛs introiuit in oꝛbē ⁊ra vt dr Sapiēti. ij. Ꝙro putas ḡ cruciatu liuoris alijsq; incōprehēsibilib⁹ penis illos toꝛq̄ri: qñ illū sentiūt exaltatū ad dexterā dei p̄sentiq; in celo ⁊ in terra traditā ptātez: sic Mat. vlti. ipe dñs ait. Data ē mihi oīs ptās in celo ⁊ in ⁊ra. i. in toto vniūso. s. q̄ p gl̄am remunerē cōprehēsoꝛes: p gr̄am gubnē viatoꝛes p iusticiā cruciē miseros offensoꝛes: vñ ōmonib⁹ cruciatis ab eo p Esa. lxiij. c. ipe ait. Calcaui eos in furoꝛe meo: ⁊ cōculcaui eos in ira mea. Scō aūt resurrexit dñs nr̄ iesus xp̄us vt crescat maioꝛ afflictio aiab⁹ dānatl q̄ videt q; xp̄s p liberatiōe earū mortu⁹ ē⁊ resurrexit quē ipe tā vilit ꝓtēpserť. vñ Apoc. xiij. de talib⁹ Job. ait. Cruciabunť igne ⁊ sulphure. s. p p̄cis ptis irascibil⁹ ⁊ ꝓcupiscibilis. ecce pena sensus in cōspectu angeloꝛū scōꝝ ⁊ in conspectu agni. s. in glia suscitati: ⁊ dānati se ꝓspiciunt p̄uatos sempit̄na vita. i. p̄ticipatiōe gl̄ie xp̄i ⁊ oꝛdinij angeloꝛū. Ecce pena dāni: q̄ gui oꝛ ē ꝑm Hiero. q̄ pena sensus. Tertio ꝯo resurrexit vt crescat maioꝛ afflictio coꝛpib⁹ dānatoꝛū qō q̄dē post vltimū iudiciū futurū ē. vñ Apoc. c. j. Videbit eū oīs oculꝰ: ⁊ q̄ eū pupugerūt. i. q criminalit eū offēdeŕt. Et. c. xiij iterū de dānato hoie ait. Bibet de vino ire dī Quid vinū nisi toꝛmēta interna ⁊ spūalia denotant? Sic em̄ cū bibit vinū nō soluz in oꝛe recipit: ꝑ etiā ab ⁊ra p totū coꝛp⁹ diffunditur sic q̄dē spūalis pena in mēte dānati hois iaz recepta: nō solū mētē ipam p totū penetrat: ꝑ etiā in coꝛp⁹ ipm redundat. Et iterꝫ Job. xj. c. ait. Videbūt oculi ei⁹ interfectionē suā. i. separationē a gl̄iosa vita q̄ ē in xp̄o iesu. Et de furore oīpotēti bibet. Ecce pena mētal⁹ ⁊ coꝛpalis sensus q̄b⁹ dānati eternalit punient. Et sic p̄z q; xp̄i resurrectio etiā ifernalib⁹ ex iusticia necessaria comꝓbať.

Articul⁹ secūdus de tpe qō in xp̄i resurrectiōe cōcurrit.

Ecūdo cōtēplemur resurrectiōis xp̄i tpalitatē. Circa quā ꝑm Alexā. de hal. triplex cōsideremꝰ tps. ℙrimo tps festinatū. scō tps expectatū. ⁊tio tps determinatum.

Q̄ nō fuit cōueniēs xp̄m expectare resurrectionē suā vsq; ad mūdi finē: et maxīe ꝓpter tria Capitulum primum.

℟Rimo ꝓsideremꝰ resurrectiōis xp̄i tēpus festinatū. ℙnō em̄ cōueniēs fuit resurrectionē suā vsq; ad resurrectiōez generalē oim coꝛpoꝛū retardare. Et b̄ ꝓrio nec q̄ꝫtū ad ipm. scō nec q̄ꝫtū ad nos ℙrimo em̄ q̄ꝫtū ad ipm nō debuit xp̄s retardare cā ⁊ maxie ꝓpt duo. ℙrio ꝓpt dissimilitu-

UVA. BHSC. IyR_032

Dñica resurrectionis in mane de christi resur.

dinē. scō ppt dignitatē. Prio ppt dissimilitudinē: qz nō ē filius pditio sua pditōi nre. Naz sua ē a principio celesti: sicut apls. j. Cointh. xv. ait. Secundus homo de celo celestis: glosa. quia non de humano ritu: sed nutu diuino est conceptus z natus. Nostra vero conditio de principio terre est: vnde ibidem glo. ait. Qualis terren⁹: tales z terreni. Secūdo ppter dignitatem. Quia eīn christ⁹ primus est z maxime in dignitate. Ideo dignum est vt prius resurgat in glozie sublimitate. Propterea Apoc. j. c. Princeps regum terre merito nuncupat. Secūdo nō fuit cōueniēs cēs tum ad nos q differretur tātū resurrectio ei⁹ imo necessariū erat nobis z maxime propter tria. scz vt generaret in nobis. primo fidem. secundo spem: z tertio charitatem. Primo vt generaret z faceret in nobis fidem resurrecti onis sue: quia nisi resurgeret quasi null⁹ deinceps ipsum crederet esse deum. Secundo vt generaret in nobis spem resurrectiōis nostre. Propterea Apoc. j. c. dictus est christus primogenitus mortuozum quia sicut Adaz primogenitus mortuozum: merito dictus ē eo q prius in hoc seculo vixit vt mozeret ipe z filios de se gigneret mozituros: sic merito christus dicit primogenitus viuozū z mortuozum: qm̄ prius in hoc seculo a morte resurgens vixit vt ipe ineternum viueret ac filios ineternum victuros nō solū meritis z gratia generaret. Verū etiam nobis futurā spem ō resurrectione p̄staret. Maxim⁹ quoq; in sermone de pascate ait. Est in xpo homine suscitato vniuscūq; nostrū caro z sāguis z portio Vbi ergo portio mea regnat regnare me credo: vbi dñat sanguis meus dñari me sentio: vbi glorificat caro mea me glorioſum esse cognosco. Et iterū Greg⁹. xiij. moral. sup illud Job. Scio q redemptor me⁹ viuit: sic inquit Redemptor noster suscepit mortem: ne mori timeremus: ostendit resurrectionē vt nos posse resurgere confidamus. Tertio vt i nobis generaret charitatē. Nō eīn possem⁹ ita allici ad amozem glozie sempiterne: nisi darc tur nobis forma z exemplar resurrectionis nostre: vnde. j. Cointh. xv. Primicie christ⁹. Ecce dignitas in christo p quam oportet resurgere. Vnde glo. ibidē ait. Primus tempez maximus dignitate: q prior resurrexit vt fidē faceret: z formā credentibus daret.

Q propter tria cōueniens fuit christum resurrectionem suam per triduum expectare. Ca. ij.

Secundo consideremus resurrecti
p onis xpi tempus expectatū: quia nō statim resurrexit post mortem sed p triduum expectauit. Eñ sup illud. j. Cointh. xv. resurrexit tertia die: glo. probata vera morte: z hoc tertia die vt ostendat ea potestate nos posse suscitare. Si enim statim resurrexisset nō vere mortuus crederetur. Cum ergo deberet resurgere ita vt verā mortē pbaret: differri debuit resurrectio ei⁹ vsq; ad tertiam diem. Et maxime ppter tria. Primo ppter significationem. secundo propter probationem. tertio ppter ostensionez. Primo inq; ppter significationem: vñ super illud Luc. Oportebat pati christum z resurgere a mortuis tertia die. glosa ait. Merito vna die z duabus noctib⁹ in sepulcro iacuit. quia lucē. i. gratiam sue mortis que tñ erat in carne tenebris nostre duple mortis que in carne z anima erant opposuit: z hoc ad significandum q lux sue mortis duplā mortē nostram curat. Secundo ppter pbationem da sicut in ore duozū vel triū testiū stat oīe verbum: vt dicit Matth. xviij. sic in tribus diebus stat oīe factuz: vñ hec est lectio lr̄alis. s. vt pbaret verā mortem sm glo. p̄dictā. Tertio ppt ostensionē. s. sue magnifice ptāt. Nā si nō statim resurrexisset nō videretur habere ptātem reassumendi animā sic z ponendi sicut ipe Joh. x. c. testatus est dicēs. Ptātem habeo ponendi animā meā z potestatem habeo iterum sumendi eam. Et hoc est qđ sup illō. j. Cointh. xv. Resurrexit tertia die. glo. ait. Probata ꝥa morte. zc. sic patuit supra.

De die et hora in quibus dominus resurrexit. Ca. iij.

Tertio considerem⁹ resurrectionis
t tps determinatū. s. qua die z hora dñs resurrexit. Circa hoc cōsideremus primo de die. scō de hora. Primo inq; considerem⁹ de die. Circa qđ aduertendū ē: q xps in sepulcro quieuit tribus diebus z trib⁹ noctib⁹: h̄ ē p tres dies naturales feria sexta cū p̄cedenti nocte vna extitit dies: z p synecdochē ista die stetit ibi. Item fuit ibi p totū sabbati diē cū p̄cedēti nocte: z sic p totū diē naturalē hz synecdoche. Item nox precedens de cā resurrectionis est: z sic p diē naturalē p synecdochē ibi stetit: z ita p tres naturales dies fuit in sepultura: tñ tm̄ fuit ibi per vnū artificialem diem z p duas integras noctes. Vnde sup illud ad Rho. vj. h̄ scientes qz vetus noster homo crucifixus est vt destruat

UVA. BHSC. IyR_032

corpus peccati. glo. inquit. Quieuit christ⁹ i sepulcro vna die ⁊ duabus noctibus: qz nostram duplam sua simpla consumpsit. Secũ do etiam consideremus de hora. Sane quia de resurrectionis hora in euangelij textu minime expssa vitas declarat. Ideo sacri doctores varie opinant. Quidã em̃ dicunt q̃ resurrexit in aurora: quidã vero q̃ in media nocte. Primo em̃ sunt qui dicũt q̃ resurrexit in aurora. Et hui⁹ sñie est Aug⁹. sup illũ. j. Malach. iij. Elegit lispas ptholomeũ ⁊c. vbi glo. Ab hora mortis xp̃i vsq̃ ad diluculum resurrectionis cõstant horæ. xl. si ipa nona cõnũerẽt. Cum ergo dixerit ibi q̃ resurrexit in diluculo videt q̃ nõ surrexit ante lucẽ. Secundo etiam p̃ hac opinione multum facit: q̃ ecclesia sancta laudes cantat in aurora in memoriam resurrectionis dñice: ⁊ ad gloriã resurgentis. Secundo vero sunt alij qui dicunt xp̃m resurrexisse in media nocte: atq̃ his plñum fauet. Primi id qõ habẽt traditio antiquorum videlicet q̃ apli in vigilijs pasce xp̃i anum populũ vsq̃ ad noctis mediũ retinentes: ⁊ illa sexta hora resurrectionis dñice laudes cum populo iubilãtes post ad ppria populum dimittebant. Secundo quoq̃ cum h̃ cõcor. figura sampsonis Judic. xvj. vbi dicit q̃ dormiuit sampson vsq̃ ad mediũ nocti scz in gaza. Et inde consurgens aprehendit ambas portæ fores cũ postibus suis: ⁊ sera non solum exiuit: sed ⁊ portas tulit: quia redemptor nõ solum de inferno liber exiuit: ꝫ et de inferni claustro portas destruxit. Tertio etiam multũ facit ad hoc totũ officiũ quod i missa resurrectionis sabbato decantat. Nã missa que nũc cantat in meridie: in media nocte resurrectionis dñice cantabat. Sed nunc in mysterium tempus abbreuiantes ⁊ occurrẽtes gaudio resurgentis spũscõ ditante aspectu corporali cõplem⁹ quod de ista sanctissima nocte fuerat antea ppetratũ. Nox sic̃ dies illuminabit ⁊ nox illuminatio mea in deliti⁹ meis: vñ in cerei bñdictione hui⁹ sacre noctis mysterium cõmendat: cum hec nox est pluries iterat. Dicit etiã in collecta. De⁹ qui hanc sacratissimã noctẽ gloria resurrectiõis dñice illustrati. ⁊c. Quarto quoq̃ lr̃alis figura pasce iudeorũ ⁊ exitus de egypto videtur huic sentẽtie consentire: eo q̃ media nocte educti sunt de egypto: vñ ait dñs moysi Exo. xij. c. Media nocte egrediebat egyptũ: ⁊ morietur oñe primogenitũ in terra egyptiorũ. ⁊c. Utrãq̃ vo opinionẽ cõcordans Alex. ô hal. in. iij. ait. q̃ p̃dicta nõ sunt contraria. Nã qñ dicit ante lucẽ surrexit: respicit illud qõ Joh. xx. c. iquit. Una aũt sabbati maria Magdalene venit mane cuz adhuc tenebre essent ad monumentũ. Sic quoq̃ intelligit illud Luc. xxiij. dicit. Valde diluculo. i. anteq̃ dies eẽt clara. Et sic apparet q̃ dñs resurrexit ac inter mediã noctem ⁊ claram diem: ⁊ hoc mõ vtraq̃ opinio ostẽdit eẽ vã.

Articulus tertius de omnib⁹ apparitionibus christi postq̃ a mortuis resurrexit quibus letificat in se credentes.

t Tertio cõtemplemur resurrectiõis christi iocunditatem. Triplex em̃ fuit in resurrectione xp̃i iocunditas: qua letificati sunt oñes in eũ credẽtes. Prima fuit cordialis. secũda generalis. tertia maternalis.

De apparitionibus primis q̃ facte fuerũt tribus marijs et petro. La. j.

p Prima em̃ de resurrectione christi iocunditas: fuit iocunditus cordialis que maxime facta est in tribus apparitionib⁹ p̃mis. Prima facta ẽ marie Magdalene. secũda trib⁹ marijs. tertia vo petro de quibus p ordinẽ videamus. Et primo de illa que facta est marie Magdalene: vñ p concordia sacri textus euangeliorum: notandum est: q̃ sicut Mar'. xvj. c. ⁊ in euangelio hodierno ait. Maria magdalene ⁊ maria Jacobi ⁊ Salome emerunt aromatha vt venientes vngerent iesum. Mouerãt em̃ hee sancte mulieres taz crudeliter tractatum fuisse corpus iesu: q̃ totum habebãt plenum memoria crudelissime mortis ei⁹ ⁊ imaginatione corpis sui sacri: vñ nihil videbant attendere vel sperare: nisi mortuum eius corpus cum deuotione posse inungere ⁊ tractare. Subdit q̃ Marcus. Et valde mane. i. cuz adhuc tenebre eẽnt: sicut Joh. xx. c. ait. Una sabbatorum. i. dñica die: veniunt ad monumentum orto iam sole: quia videlicet hora q̃ mote sunt ad veniẽdũ adhuc tenebrosa erat sed orto iam sole peruenerunt ad monumentum. Vel ſm Aug⁹. de consensu euangelioz dicitur: orto iam sole. id est. de proximo venienti in has partes: vt sumatur solis ortus p ortu claritatis diurne precurrentis sup emisperium nostrum. Et dicebant ad inuicem.

UVA. BHSC. IyR_032

Dñica resurrectionis de ipsius christi resur.

Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti? Et respicientes. s. cum iam venissent viderunt reuolutum lapidem. Erat qppe magnus valde. Sed quia sciebant contra ihesum iudeorum maliciam ebullire videntes reuolutum lapidem crediderũt corpus eius a iudeis sublatum: z forte in aliquo loco vili collocatum: vnde Maria que christum ardentissime diligebat anteq aliquid diligentius scrutaretur: ipsum sublatũ pro certo supponens ardentioribus amatoribus ex discipulis, videlicet Petro z Johanne quasi mente capta doloribus z desiderijs videndi dominum plena nunciare cucurrit dicẽs. Tulerunt dominũ de monumento: z nescimꝰ vbi posuerunt eum: sicut Joh. xx. c. narrat. Sub dictq Johannes precurrẽs citius Petro ad sepulcrum inclinauit caput vidit q linteamina posita: nec tamen intrauit. Petrus vo postea veniens intrauit in illud: viditq postea lintheamina z sudarium capitis stans ad ptẽ Deinde Johannes intrauit z vidit z credidit quod dixerat prius maria. s. dominũ esse sblatum de monumento sciebat scrutans: quia oportebat eum a mortuis resurgere. Post hẽ discipuli contristati ad propria redierũt Postq autem ad sepulcrum redijt Magdalena: he sancte mulieres simul intrauerunt. Dicitur autem monumentum illud saxeum vas in quo iacuit: christus quãdoq vero totus iste locus in quo ista residebat tumba. Erat autem locus ille clausus aliqua macería vel pariete vbi erat ortus: sic innuit Joh. Et Augustinꝰ etiam illud sentit. Propterea quãdocũq legitur q intrauerunt in monumentum aut exierunt ab illo: pro solo aditu vel exitu illius loci vlterius intelligi habet. Igitur sicut in hodierno euangelio Mar. sdit z Matth. vltimo. Introeuntes sicut predictum est in monumentum. id est. in tũba vbi erat sepulcrum: vt viderent iuuenem sedentem in dextris coopertum stola cãdida z obstupuerunt. Qui dicit illis. Jesum queritis nazarenum crucifixum: surrexit non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite dicite discipulis eius z petro: quia precedet vos in galileam: ibi eum videbitis sicut dixit vob Quo audito exeuntes mlieres de monumẽto quasi recedere disponebant: sed amore ihesu attracte: iterum sepulcrum introeuntes: sicut Luc. in principio. xxiiij. c. ait. Viderunt duos angelos stantes q dixerunt eis. Quid queritis viuentez cum mortuis? Non est hic sed surrexit. Quo audito due cõsternate mẽte abire ceperunt: sed Maria feruentiꝰ amãs stabat ad monumentum foris plorans: sicut Joh. xx. c. ait. Plorabat enim z lachryme eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eaz ex omnib⁹ carís suis. Rigabat ora lachrymis z maxillas. O maria quid spei: quid consilij aut quid cordis erat tibi: vt sola remaneres ad monumentũ. Tota em amore ihesu ardebat: nihil de ipso in hac videbat: vbi eũ quereret nesciebat. Propterea in dolore cordis fundebat lachrymas: vbi certa erat preciosũ corpus domini iacuisse. Dolor renouatꝰ erat quia quem prius doluerat defunctum: nunc dolebat ablatum: z iste dolor maior erat: qa nullam consolationem habebat: prefuit causa doloris quia viuum perdiderat. Sed de hẽ aliquãtulam consolationem habebat: quia mortuum se retinere credebat. Nunc autem super isto dolore consolari non poterat: quia vel corpus defuncti nõ inueniebat. Et amor feruens impatiens est z quiescere nescit: ac semper de nouo sperat se reperire quod cupit. Ideo dum fleret inclinauit z prospexit in monumentum. Scõm enim Grego. Amanti semel aspexisse non sufficit: quia vis amoris intantũ multiplicat affectum inquisitiõis Et sm Augustinũ. Iterum prospexit dolẽs: nec suis nec aliorum oculis facile putabat eẽ credendum. Et cum vidit duos angelos in albis sedentes vnum ad caput: z vnum ad pedes: vbi positum fuerat corpus ihesu dicũt ei. Mulier quid plorasꝰ O maria multã consolationem inueniſti: z forte tibi melius contigit q speraſti. Nam tu querebas vnum: et duos inueniſti. Querebas mortuum: z illos reperiſti viuos: qui de te curam habere videntur z volunt dolorem tuum linire. Ille vero quem queris: dolorem tuum videtur negligere: lachrymas tuas non videtur respicere vel curare: vocas illum z non audit: queris illum z non inuenis: pulsas z non aperit: seqris illum z fugit. Heu quid est hoc: heu qsma gna mutatio: heu quo mutata est res in contrarium. Iste ihesus recessit a te. Et quomo-

UVA. BHSC. IyR_032

do forte nō diligit te. Olim te diligebat: oliz te a phariseo defensabat: z a sorore tua dulci ter excusabat: olim te laudabat quando pedes suos vnguento vngebas: lachrymis rigabas: z capillis tergebas: dolorem tuū mulcebat: peccata tua dimittebat: olim querebat te cum abesses: vocabat te cum non adesses mandabat tibi per sororem tuam vt ad se venires. O magister bone cum vidisti eam plorantem lachrymatus es. Denicz pro dilectione eius: quia dilexit te multum: fratrem tuum Lazarum suscitasti z planctum dilectricis tue in gaudium conuertisti. O dulcissime magister: quid post hec in te peccauit discipula tua: aut in quo postea offendit dulcedinē cordis tui: quia sic recedis ab ea. Nos post hec nullum aliud de ea peccatum audiumꝰ: nisi quia valde mane ad monumentum ante omnes ferens vnguēta quibus vngeret corpus tuum. Et cum te non inuenisset in monumento cucurrit z discipulis tuis nunciauit: z illi venerunt videre z abierunt. Hec autem stat z plorat: si hoc peccatum est negare non possumꝰ anteqz ipsa hoc faciat. Si autez amor est z desiderium quod de te habet: quare sic recedis ab ea z abscondis te tu qui dicis: Ego diligentes me diligo: et qui manevigilauerit ad me: inueniet me. Ergo mulier ista que diligit te z mane vigilat ad te: cur nō inuenit te? Sed et tu Maria audi consilium meum. Sufficiat tibi consolatio angelorum: Mane cum illis interroga eos si forte sciant quid factum sit de illo quem queris z quem ploras. Ego certe credo: qz ipsi ad hoc venerunt: vt ipsi testimonium perhibeant: z credo qz ipe quem ploras miserit eos pro se et p te: vt annuncient resurrectionem suam z cōsolentur de ploratione tuā. Dicunt ei: mulier quid plorasꝰ? Que est causa tanti doloris: non abscondas a nobis lachrymas tuas. Aperi nobis animū tuum z indicabimus desiderium tuum. Dixit eis velut familiaribus sue mentis ac scientibus vota planctus quia tulerunt dominum meum: ipsum soluz quero: ipse solus potest me consolari: sed nescio vbi posuerunt eum. Circūspicio si videam illum z non video. Vellem inuenire locum vbi positus est: et non inuenio. Heu me miseram: quid agam: quo ibo: quo abijt dilectus meus: quesiui eum in monumento: z non inueni: vocaui eum et non respondit mihi. Heu me. vbi querā illū. vbi illū inuenā. Exurgam certe z circūibo omnia loca que potero. Non dabo somnum oculis meis donec inueniam quem diligit anima mea. Effundā te lachrymas oculi mei: plorate: et nolite deficere: ambulate pedes mei discurrite: et nolite quiescē. Heu heu heu mihi quo abijt gaudium meum: vbi latet amor meus. Sed quid faciam vt illum inueniam: quo me vertam: ad quem ibo: a quo consilium petam: quem percunctabor: quis mei miserebitur: qs me consolabitur. quis indicabit mihi quem diligit anima mea: vbi positus sit amor meus. vbi cubet. vbi quiescat. Queso nunciate illi. qz amore lāgueo dolore deficio. nec ē dolor sicut dolor meus. Reuertē dilecte mi. Reuertere dilecte natorum meorum. Reuertere cōsolatio mea. redde mihi leticiam saluaris p̄sentie tue. Ostende mihi faciem tuam. sonet vox tua in auribus meis. vox em̄ tua dulcis z facies tua decora. Cū igitur Maria sic doleret sic fleret conuersa retrorsum fm Chrysostomum. Angeli videntes iesum adesse p̄pter reuerentiam eius stupentes z faciem in assumptis corpibus immutantes: in signuz honoris surrexerunt. Quod videns Maria conuertit se retrorsum vt videret quem angeli venerabantur. Et tūc sic conuersa vidit iesum stantem. z nesciebat quia iesus est. Et dixit ei iesus. Mulier quid plorasꝰ? quem queris. Ipsa pauloante oculis suis cum magno tamen dolore anime sue viderat te spem suam suspendi in ligno. et tu nunc dicis. quid plorasꝰ? Ipsa in die tertia viderat manus tuas quibus sepe benedicta fuerat: et pedes tuos quos deuote osculata fuerat. et quos lachrymis rigauerat clauis affigi et configi. Et nunc tu dicis. quid plorasꝰ? Nunc insup corpus tuum sublatum existimat: ad quod vngēdū vt se q̄dāmodo p̄solaret veniebat. Et tu dicis quid plorasꝰ. quem queris. Tu ipse scis qui te solum querit. te solum diligit. p̄eter te omnia contempnit. tu dicis. quem queris? Tu q̄dē amorose iesu hāc mlierē mēs secreto tractu magno tuo more traxeras ad amorē. Tu inuisa catbena suauis dilectiōis ligauias

UVA. BHSC. IyR_032

cum purgasti peccata sua. Tu imbiberas p amore cor eius: tu signis: tu verbis: tu inspiratione interna commoueras mentem eius: tu suscepisti lachrymas eius. Nec horruisti oscula labiorũ eius. Tu em̃ osculo oñis corruptibilis amore illam dimisisti: vt a te p omnia iret in pace. Et interrogas: quid queris? Tu lachrymas ipsa videnti fudisti ad germanicum funus. Tu interpellatus iudex: eius aduocatus potius esse voluisti ne impediret dulcis contemplatio eius. Cum illam sedere cognosceres ad tuos diuinos pedes pro te laborante sorore: tu te sibi dedisti gaudiuz sedere sempiterno. Tu eam signis ac signatis tibi sancto amore per oñia colligasti. Nunc vero primate solitis repleta mestitijs z imbuta tu queris. Mulier quid ploras? Tu quidẽ in ea plantasti fidẽ qua te querit: tu in ea firmasti spem p qua in te confidit: tu protin⁹ radicasti charitatẽ in animo ei⁹ qua te diligit. Tu rigas illam vt incrementum suscipiat inuisibilibus aquis. Charitas a teipo diffusa i teipsum refusa ad monumentum ligatam tenet: z illam interrogas: quid ploras? Tu causa questus: tu causa ploratus: tu inquietas illam: tu angis illam: auertis tu illam: in pace viuere nõ sinis. Quid ergo bone iesu interrogas diligenter atq; dilectaz. Quid ploras Quõ queris dulci magister amor anime sue Ad quid queso prouocas spiritum eius: tota manet in te: tota sperat in te: desperat ō se. Ita querit te: vt nihil querat: nihil cogitet p̃ter te. quia nõ est in se: sed propter te ẽ extra se. Cur ergo dicis? Quid ploras: quid queris. An putas quia dicat te ploro: te quero: nisi tu prius dixeris z inspiraueris in corde suo. Ego sum quem queris: quẽ ploras. An putas: quia ipa cognoscat te q̃diu volueris celare te. Et illa estimans quia ortholan⁹ eẽt. Dixit ad eum. Dñe si tu sustulisti eum dicito mihi: vbi posuisti eum z ego eum tollam. O dolor miserabilis. O amor mirabilis: mulier ista doloris nube obtecta nõ videbat solez qui mane surgens radiabat per fenestras ei⁹ qui p aures cordis sui iam intrabat in animã suam. Sed qm̃ amore languebat: isto lãguore sic oculi sui calligabant: vt nõ viderent q̃z videbat: videbat em̃ iesum: sed nesciebat qa iesus est. O maria si queris iesum: quare nõ cognoscis iesum. Ecce iesus venit ad te z quẽ queris: querit a te: z tu existimas eum ortholanum. Est em̃ iesus: est etiam ortholanus. Ipe em̃ seminat oñe bonum semen in orto anime tue: z repullulantez infidelitatem nũc aduenit extirpare. Quid hoc quod dicis: si tu sustulisti eũ: de q̃ intelligis eũ qs intelligit eũ: q̃ cã quia nomen illius quem queris non pandis Si ortholanus tuus est notus: si tua desideria nouit. Nescit em̃ quis nam sit quem tanta diligentia queris. Quare cum interrogas ac si psente ipo illum in monumento clausisses: quem eum. Quid iste si ortholanus ẽ de isto quem queris: nouit hic nempe affectus cum desiderio querentis: agit vt quod querit credat oñes noscere: sicut in canticis. c. j. sponsa ait. Indicate mihi quez diligit anima mea. Sed o maria optime nescia loqueris q̃z non patrem: non fratrem: nõ filium: nõ amicum terrenum non loqueris: sed leuz qui est z qui venturus est vt dum sic profers sine agnominatione sciatur. Sed quid ẽ mulier qõ dicis: et ego eum tollam. Joseph enim timuit z non fuit ausus tollere corpus eius de cruce nisi a pilato peteret. Tu autem noctem nõ prestolaris: nec vereris: sed audacter promittis dicens: z ego eum tollam. O maria si forte corpus iesu est positum in atrio principis sacerdotum: vbi princeps angelorum calefaciebat se ad ignez: quid factura esses. Et ego eum tollam. Sed si in platea foret coram multitudine iudeorũ quid tunc ageres. Q; si eẽt in domo pilati z cor̃ militum turba. quid in q̃z factura esses. Et ego eum tollam. O admirabilis mulieris audacia. O mulier: nõ mulier nullum locum excipit: nihil anteponit. sine timore dicit: absolute p̃mittit. Dicito mihi vbi posuisti eum. Et ego eum tollam. O mulier magna est constantia tua. magna est fides tua. Sed quomodo mulier: qua valitudine. quibus viribus. quo ingenio corp⁹ taz graue posses portare sola cum vna fueris de portatoribus ad sepulcrum. Nunquid tecuz tuas socias te habere credis. Recesserunt. Ego eum tollam. Amor impossibile ad possibile reducit quod nequit efficere posse credit. Tu ergo bone iesu. Noli vltra producere desiderium eius: quia iam triduo sustinet te: nec te habet vnde faciet esuriez anime sue nisi tu te manifestando porrigas panem corporis tui. Non enim diu poterit retinere vitaz corporis sui nisi tu cito manifestes ei vitã anime sue. Dixit ei iesus Maria. Hec siquidem vox exprimens nomẽ eius penetrauit aiam eius. solitam vtutẽ in verbo sensijt. sola solũ solite intellexit. ac per hoc solitam vocẽ agnoscit. vbi ꝑ audiuit maria. Sic em̃ cõsueuerat

UVA. BHSC. IyR_032

vocare eam magister eius. persensit in ipso nomie dulcedinem dei: z p eam cognouit eū a quo vocabat esse magistrū suum. Tunc reuixit spūs eius z reuersus ē sensus ei⁹: tūc recepit z fidē vñ stati cōuersa dixit Raboni: qđ dicit magister. Cūo cōuersa vtiq; ad loquētem: qz cū primo cōuersa eēt retrorsum z illū vidisset vt ortholanum sua interrogatiōe cōpleta reconuertit oculos suos ad sepulcrum aut vndiq; gyrabat sperans ex aliqua parte apparere dilectū. Nūc xo audita voce quesiti subito se cōuertit ad eum vocans illum magistrum: cui⁹ dulcedinē senserat in doctrina. O mutatio dextere excelsi. O pietas saluatoris O misericordia redēptoris: cōuersus est dolor magn⁹ in gaudiū maximū: mutate sunt lachryme doloris in lachrymas amoris: sed arbitrabat maria se nō indigere xbo: qz inuenerat xbū: z longe vtili⁹ arbitrabat tangē xbum q̄z audire quelibet xba. Lucurrit ad pedes eius vt amplexaret z oscularet pedes ei⁹ O amor fortis z impatiēs. Nō em̄ sufficit videre iesum: z cū iesu loq̄: nisi etiā tāgeret iesū Sciebat em̄ q xt⁹ de illo exibat z sanabat omnes. Dixit ei iesus. Noli me tangere: nōdum em̄ ascendi ad pr̄em meū. s. f̄m tuū iudicium infidele, ac si aperte dicat. Tibi non ascendi q̄si eā de infidelitate redarguens q nō credidisset pfecte eum se patri: vel forte ꝟ ait vt eā humiliaret ne nimis p̄sumeret: qz ip̄m resuscitatū p̄ma oim cōspexisset: distulitq; ei cōcedere tactū donec secūda vice alijs appareret. O dulcissime dñe. O mgr q̄z bon⁹ es his qui recto sunt corde. O beati qui in simplicitate cordis querūt te: z q̄z felices qui sperāt in te. Verū vtiq; est z indubitāter ē verū q tu diligis oēs diligentes te: z nunq̄z deseris sperantes in te. Ecce em̄ hec dilectrix tua simpliciter querebat te: z veraciter inuenit te: sperabat in te: z nō ē derelicta a te: ꝟ pl⁹ cōsecuta ē p te q̄z expectaret a te. Et addit dñs marie dicens. Vade ad fratres meos z dic eis. Ascēdo ad patrē meū z patrē vestrū: deum meuz z deū vestrū statimq; disparuit. Ecce igit̄ iaz cōstituit magdalena int̄ homines. Prima nūcia glorie resurgentis xp̄i, pprio suo ore ip̄am p̄mam sue resurrectionis euangelistā facit: efficitur p̄conissa vt nūciet his q̄ p vniuersum orbem hāc resurrectionē pclamaturi erant. Et merito reformationis humane fuit hic cōueniēs ordo: vt mulier q̄ fuerat peccatrix p̄ma: cognosceret z nūciaret glorią resurgenti que trās̄gressionis foueā p̄ma fodit. Vnde Greg⁹. ait. Vbi ostēdit culpa generis humani vñ p=

cessit. Quia em̄ in paradiso mulier ppinauit viro mortem: ad sepulcrū nūciat viris vitam: z vitam sue viuificationis narrat q̄ mortē mortiferi serpētis narrauit. Secūda apparitio facta ē trib⁹ marijs simul. Cū em̄ iā disparuisset iesus ab oculis magdalene: iā illa stabilita in fide a q̄ diminuta exiterat egredit ortū: illico reliqt sepulcrū. Nec vltra se vt aspiceret inclinauit. Nec ampli⁹ si adhuc essent vel recessissent requisiuit angelicos testes de resurrectione credula: de q̄sito iocūda: de inuēto cōsolata: vt iussa dñi z mgr̄i p̄ficeret aio z corpore festinabat. Cunq; festina atq; festina rediret socias suas in itinere inter sepulcrū z hierusalem cōsternatas aio: lento gradiētes vestigio inuenit: q̄s etiā sociali discretione detēto pede atq; int̄posita sessione dū ista cū maria fiebant. Nescientes credim⁹ expectasse. Ad q̄s cū peruenisset maria leto animo iocūdo vultu festinoq; affatu enarrauit resuscitatū iesū z eū tanq̄z ortholanū vidisse z audisse: tū eum tangere nō potuisse. Cūq; versus hierlm festino gressu pariter irent: sicut Matth. vlti. c. ait. Ecce iesus occurrit eis dicens. Auete. Ille aūt accesserunt z tenuerūt pedes ei⁹ z adorauerūt eum. Se em̄ nunc tangi p̄mittit: qui se pri⁹ tāgi Magdalene negauit. Gesta etem̄ xp̄i nunc negata: nunc cōcessa: nunc p̄hibita nūc p̄missa: magnā nobis astruunt rōnalem mysteriū veritatem vt vnū z idē qđ vno tempore denegat: alio tempe concedit z p̄mittit, vt scz defectum in quesito: indignitatē in querente: ineptitudinē: in modo: importunitatē in tpe: indecentią in re dum negat importare credamus. Cum vero concedit his caruisse: atq; ornari contrarijs firmiter autumem⁹ Nec tamen pro tanto diuinum mutatur consilium si opera variētur. Nouit em̄ prouidētia dei sine dolo nostris vtilitatibus cōsulēs qualiter z quid nobiscū diuersimode sit agēdum. Et nunc proclive mulieres tangunt et osculantur dominicos pedes: z ad solita reuititur Magdalena atq; recognoscunt suscitatum quem viderant crucifixuz: et in tecta petrina reclusum. Tunc ait illis iesus. Nolite timere. Ite nunciate fratribus meis vt eant in galileam ibi me videbunt. Vocat autem eos fratres amantissimus princeps: tum vt ostendat se vere resurrexisse in carne generis nostri de primo parente tracta: tū vt ad sui amorem magis eos accendat z ad fiduciā societatis sue ac visionis sue corroboret z cōfirmet. Tum vt filios eterni patris: z christi se nouerūt heredes z coheredes. O igit̄ h⁹ alumni

UVA. BHSC. IyR_032

regis benignitas: q relictos i bello pauidos suos formidolosos ꝛ fugitiuos socios cū eua sit nominat frēs. Et nouitatē celestē ei in suo corpe oñdere repromittit. O dulcis excelsi suauitas: qui eū negātes ingruēte bello: tempe tenebraꝝ fratrū ad eos se dicit tenuisse amorem. O insolita clementia pncipis q post pfurā caumaq; bellorū post victoriā de ligno: de mūdo de tartarea lege reportatā sub eterno pfe cōtinuo appellat fratres. Et sic Jo. xx. c. dr. Venit maria Magdalena .s. cum alijs marijs annūcians discipulis: qz vidi dñm ℔ dixit mihi. Tertia apparitio facta ē Petro: sic̄ Luc. vltimo refert. Nō em̄ deerat pijs aplis sollicitudo querēdi: si repire possent vllaten⁹ resurgentem. Ad qō q̄dē feruentissim⁹ erat Petr⁹: vñ eo ab alijs segregato nescio i quo loco quē sacra scriptura tacet apparuit ei dominus atq; cor ei⁹ cōfortauit in fide: deditq; finem ifidelitati ac lachrymis ei⁹: q regressus ad ceteros cum gaudio sibi apparuisse dominum nūciauit: qō q̄dē vt auditum ē aliq̄bus desideria sancta: aliquib⁹ spes. aliq̄b⁹ cōturbatio q̄si singularitatē apparēdi causantibus aliq̄b⁹ pficiscēt̄ib⁹ crescebat auiditas vt posset videre eum. Qto gaudio atq; fiducia repletus fuerit petr⁹: q̄s exprmere posset: Scōm ei Chrys. Primo int̄ viros apparuit petro. quia caput erat oīm. scōo ne ppt̄ negationē factaꝝ desperaret. tertio ppt̄ exēplū miscōie dei ad pctōres reducēdos ad eū.

De alijs. xij. apparitiōib⁹ xp̄i q̄ scripte sunt a diuersis. Ca. ij.

Ecūda resurrect ōis xp̄i iocūditas ē generalis. s. q̄ facta ē in. xij. apparitiōibus post p̄dictas. Primo apparuit duob⁹ discipulis eūdē in emaus: q̄m Luc. xxiiij. c. plen⁹ narrat ꝛ breuit̄ in vlti. ca. Mat. Secūdo apparuit plurib⁹ in hierusalē Thoma absente ꝛ clausis ianuis stetit iesus i medio: ꝛ dixit: pax vobis: sic̄ Joh. xx. c. ꝛ Lu. xxiiij. narrāt. Oēs aūt q̄nq; p̄dicte apparitiones in ipso die resurrectiōis fuerūt. Tertio post dies octo apparuit: ꝛ stetit iesus i medio discipulorū p̄sente Thoma: cui palpādas p̄buit vulnerū cicatrices: sic̄ Joh. xx. c. narrat Quarto vo apparuit ad mare tyberiadis: sic̄ Joh. xxj. c. ait. ō qua dicit: hodiē tertio manifestat⁹ est iesus discipulis suis cū resurrexisset a mortuis. Nō tñ intelligendū est simpliciter q fuit tertia: ꝑ qz fuit facta i tertio die de illis dieb⁹ in q̄b⁹ xp̄s apparuit eis. Quito quoq; apparuit in monte thabor. xj. discipulis suis vbi pus cōstituerat illis. Et hec fuit solennis apparitio: de qua etiā aī mortē ꝛ post resurrectionē tā p se q̄ p angelos sepi⁹ mētio facta fuit: ꝛ singulariter adorasse dicunt. Mat. vlti. Licet etiā nō sit dubium q q̄cūq; apparebat eis cū multa reuerentia adorabāt: ℔ tñ singulariter enūerat: vt p ℔ hui⁹ apparitiōis excellentia demonstret. Sexto etiā apparuit in die ascensiōis: de q̄ apparitione Mar. xvj. c. ait. Recūbēt̄ib⁹. xj. discipulis apparuit illis iesus quia fm Aug⁹. Jam nō erant amodo cuꝝ illo in terra cōuiuaturi. Septimo aūt apparuit illa die in mōte oliueti: q̄ viderūt eū ascendētē in celum: quā Mar. ꝛ Luc. in fine euāgeliorū suorū breuit̄ tangūt: ꝑ in p̄ncipio libri Actuū plenius narrat: licz aūt ab euāgelistis nō ponant̄ nisi p̄dicte decē apparitiōes: tñ alie fuisse creduntur. Tñ Joh. in vlti. c. euāgelij sui ait Multa quidē ꝛ alia signa fecit iesus in cōspectu discipulorū suorū que nō sunt scripta in libro hoc. Paul⁹ quoq; .j. Corinth. xv. tres etiam supaddit vt sua p. xiij. cōputet: sic̄ ꝛ. xiij. anno post dñicā passionē aplis gentiū fact⁹ ē Dicit em̄ ibidē q̄ visus ē plusq; q̄ngentis frib⁹ simul. Deinde visus est iacobo minori ꝛ ℔ tñ facta in die resurrectionis intelligit̄. De hoc Hiero. refert q dolore mortis iesu sauciat⁹ se nunq; comedere vouerat nisi xp̄m a mortuis resurrexisse videret. Hinc ergo apparuit dñs ꝛ dixit his q̄ cū eo erant. Ponite mensam: deinde accipiēs panē dedit eis di. Comede frater dilecte mi: quia fili⁹ hois surrexit a mortuis. Additq; aplis vbi supra. Nouissime autez oim tāq; aborciuo visus ē ꝛ mihi. Etiā pōt ad di visio illa quā Joh. Apoc. ij. refert se eū vidisse instar lucētis solis. Scribit etiā in euangelio Nichodemi q ioseph qui sepelierat sanctissimuz corpus christi: p hoc captus fuerat a iudeis: ꝛ in q̄dā cubiculo diligent̄ sigillato reclusus: quem post sabbatum interficere ordinabant. Illi ergo flenti apparuit dñs iesus christus extergens q̄ faciem eius osculatus ē eum: demūq; saluis sigillis in domo propria collocauit. Ex q̄ manifeste apparet q hec apparitio in die resurrectionis fuerit facta. Ex p̄dictis igit̄ patet: q. xv. apparitiōes facte sunt postq; xp̄s resurrexit.

De corporali seu mentali apparitione quibus christus consolatus est matrem suam postq; a mortuis resurrexit. Ca. iij.

UVA. BHSC. IyR_032

Sermo LVII

aureolaz consequaꝝ debet habere tria. ꝑmo penā acerbā. scō canſam iuſtaz. tertio volū tatem promptā. ¶Primo quidē debet habere penā acerbā: ſed inter omnes illataſ exteriuſ paſſiones moꝛs obtinet ꝓncipatuz. ꝓpterea doloꝛ tactus omnib⁹ alijs doloꝛibus ꝑeminentioꝛ eſt. ⁊ ideo in hoc glorioſioꝛ eſt trium phus. Scō debet habere cauſam iuſtā que eſt ipſe chriſtus cū martyrē faciat cauſa non autē pena. Tertio debet habere voluntatez promptam. Nā martyrio nō debeꝝ premiū ſm hoc q ab exterioꝛi infligiꝝ. ſed ſm q voluntarie ſuſtineꝝ qz minime quidē meremur niſi per ea que intra nos ſunt ⁊ nō q ea que ſūt extra nos ſīc nec vtiq; demeremur Inſu per q̄to id quod quilibet volūtarie ſuſtinet volūtati difficilius ē tanto voluntas que ꝓpter chriſtū patiꝝ in xp̄o firmioꝛ demonſtraꝝ ⁊ ideo excellēt⁹ premiū ei debeꝝ. Nec tamē intelligēdū q cicatricū decoꝛ que in martyꝝ coꝛpoꝛibus apparebūt debeant aureola dici qz quidā martyres cicatrices nō habebūt vt puta qui ſunt ſubmerſi vel famis inedia aut carceris ſqualoꝛe pempti ⁊ iſti tñ aureolā cō ſequunꝝ. Tertiocōcupiſcibilis q̄ temꝑantiā exercet ſuū perfectiſſimū ⁊ difficiliſſimū actū qui eſt ſemꝑ ſeruare carnē ſuā imaculatā qō ⁊ virgines operanꝝ. ¶Propterea ⁊ aureolam virginū cōſequunꝝ. Illis tamē virginib⁹ et aureola ꝓparaꝝ q̄ in virginitate perpetuo ꝓſeuerandi ꝓpoſitū habuerūt: licet hoc ꝓpoſitū fuerit interruptū ītegritate nihilominus remanente dūmodo in fine vite inueniatur ad primū ꝓpoſitū rediuiſſe: qz virginitas mētis vtiq; reparari poteſt: carnis nū q̄ ſm Ihiero. Si qua aūt ſit virgo carne nec ꝓpoſitū habuit perpetuo virginitatē ſeruare aureolā nō mereꝝ. Nō eſt dubiū qn ſit habitura ſpeciale gaudiū ſupſubſtantiale de incoꝛruꝓtione carniſ: ſicut etiā innocentes plurimum gaudebūt q̄ immunes a peccato fueꝝ q̄uis nō habuerūt opoꝛtunitatez peccandi. Sed quid de illa q̄ violenter oꝑreſſa amiſit virginitatē carnis nō mentis? Dicenduz ſm Richar. q talis aureolā nō amittit. ¶Propterea beata Lucia ait: Si me inuitā violari feceris: mihi caſtitas duplicabiꝝ ad coꝛonam. Qō quidē nō eſt intelligēdū de aureola duplicata: ꝙ qz duplex premiū roꝑtabit. vnū pro virginitate ſeruata: ⁊ aliud ꝓ iniuria paſſa. Ihis concoꝛdat Aug⁹. li. ij. de ciuitate dei c. xix. dicens de violenter oꝑreſſis. Quis ſana mente putauerit ſe perdere pudicitiaz: ſi forte vi aꝑhēſa ⁊ oꝑreſſa carne ſua exerceatur ⁊ expleaꝝ libido nō ſua. Si enim ꝺ modo pudicitia pariter ꝓfecto pudicitia virtuſ animi nō erit. Et infra quo ꝓpoſito animi permanente ꝙ quod etiam coꝛpus ſanctificari meruit. Nec ipſi coꝛpoꝛi aufert ſanctitatē violentia libidinis aliene quā ſeruat ꝑſeuerantia cōtinentie ſue Et infra etiā ſubdit: nō amittit coꝛporis ſanctitatez manente anime ſanctitate ⁊ coꝛpe oꝑreſſo: ſicut amittiꝝ coꝛporis ſanctitas violata anime ſanctitate vel animi etiam coꝛpoꝛe intacto. Sicut enim integritatē mentis deus reſtaurare poteſt me diante mentiſ coꝛrupte pnīa q̄uis facere nō poſſit quin fuerit coꝛrupta q̄uis carnis integritas ad aliud qō eſt de eſſentia aureole nō poſſit neceſſaria reputari. Tertio conſideremus quare aureola daꝝ. Vbi notandū eſt q daꝝ predictis hee tres aureole ꝓpter tria ſigna. primo in ſignū triumphationiſ. ſcō in deuotionis. tertio in ſignum cōformationis ¶Primo quidē daꝝ in ſignū triumphationiſ qriſti tres hoſtes in pugna triumphaliꝝ proſtraueꝝ. ſcz mūdū carnē ⁊ demonia. Martyres eī vicerunt mundū. Virgines viceꝝ carnem. ¶Predicatoꝛes vincunt diaboluz q nō ſolum de ſe ſed etiā de coꝛdibus aliozum expellunt. In hoꝛū myſteriū tres habebant aureolas in veteri teſtamento ſicut legiꝝ Eo oō. xxv. ⁊. xxxvij. Altare incenſe: archa federis: ⁊ mēſa ꝓpoſitionis. ¶Prima deſignat aureolam martyrū qui coꝛpa ſua ſub altari paſſionis imolauerūt. Scōa virginū qz ſicut archa federis fuit intus ⁊ extra auro decoꝛata Ita virginitas mentē ⁊ coꝛpuſ exoꝛnat. Tertia predicatoꝛū quia ſicut menſa ꝓpoſitionis miniſtrat doctrine veritatis panes. Secundo in ſignum donationis. qz eī hi tria maxima domino obtulerunt. Ideo his tribus aureolis ꝑmianꝝ. ¶Primo eī martyres obtulerunt domino ſuſtinentiā mortis acerbā penā. Scōo virgines obtulerunt carnez ꝓpriā purā ⁊ incoꝛruptā. Tertio ꝓdicatores obtulerunt fidei et moꝛū doctrinā veraz Tertio in ſignū conformationis: conformabunꝝ autē capiti ſuo chriſto qui fuit martyr ⁊ virgo ⁊ doctoꝛ. ¶Primo quidē fuit martyr ſm q a mūdo ſuſtiuuit paſſionē. propterea Jo. xvij. c. ait: Ad hoc veni in mundū vt teſtimoniū phibeā veritati: qz teſtimoniū non tm̄ verbo ſed moꝛtē ſuſtinendo phibuit. Et iterū in eodē. c. ait: Confidite ego vici mūdū id ē impias tyrannicas. Scōo fuit virgo ſm q puritatē ſeruauit vincendo cōcupiſcētias carnis nō in ſe qz eas nunq̄ potuit habere: ſed in alijs ſicut aliquis vincit principez vincendo robur exercituſ ſui. Tertio fuit doctoꝛ

UVA. BHSC. IyR_032

ſm q veritatē mūdo māifeſtauit: ⁊ p eaz diabolicas fraudulētias ſupauit i ſe ⁊ in mēbriſ ſuis. ℙropterea Jo. xij. c. ait: Nunc ꝓnceps huiꝰ mūdi eijcieť foras. Et hi oēs quia p cōformitatē ſecuti ſunt chriſtū per gr̄am in preſenti ſeculo: iō p adeptionē aureole nunc ſequunť illū per glorīā in celeſti regno. Unde Apoc. xiij. ſcriptū eſt. Ihi ſūt q cū mulieribꝰ nō ſunt coinq̄nati: virgines eni ſūt: hi ſequūtur agnū quocūq; ierit. ⁊ hoc dicit q̄tum ad virgines: hi empti ſunt ex oībus p̄mitie deo et agno: hoc dicit quo ad martyres: ⁊ in ore ipſoz non eſt inuētum mendaciū. Sine macula eni ſūt ante thronū dei: ⁊ hoc dicit quo ad p̄dicatozes. ℙrimo quo ad virgines q̄ habuerūt triplicē virginitatē ſicut chriſtꝰ, ſ. corporalē mentalē ⁊ virtualē. i. ꝓpter deuz. De his. j. Coꝛ. vij. apls ait: Mulier innupta et virgo cogitat que dei ſunt vt ſit caſta corpe et ſpiritu. ℙrimo habuerūt virginitatē corporalē. ꝓpterea Jo. ait: Ihi ſūt q̄ cū mulieribus non ſunt coinq̄nati. ſ. corpe ſed incorrupti pſeuerauerūt. Scō habuerūt virginitatem mentalē que dignioꝛ ē q̄ corpalis: ⁊ de hac ſubiūgit: virgines eni ſunt. ſ. mēte. Quid eteni ꝓdeſt apud deū virginitas corpis niſi aſſit virginitas cordis? De tali corde corrupto Eccī. xx. c. ſcriptū eſt. Concupiſa ſpadōis deuirginabit iuuēculaz. Spado intelligiť q̄ ad coitum ineptus ē; vnde ⁊ ſolo corpe mundum ſignificare poteſt q̄ iuuenculā. i. aiaz ſuam p ꝓcupiam ex malis ꝓcupiſcētijs ꝓdeuntē corrumpit ⁊ ſic amittiť virginitas mentis Tertio habuerūt x̄ginitatē virtualē: Quia nec duo p̄dicta habuerūt ꝓpter glorīā mundi ſed vera hūilitate ad glorīā. Ihieron. Sicut eni virginitas eſt imunitas a pollutione hoium: ſic hūilitas a pollutiōe demonū. Sic eni demones miſcenť aiabus ⁊ eas corpumpunt p ſuꝑbiā: ſic hoies corpibus ⁊ illa corrūpunt p luxuriā. Unde igiť hec virginitaſ virtualis ꝑncipaliť eſt q̄ta deo. Et hāc cuz alijs duabus habuit chriſtꝰ ⁊ veri virgines imitatoꝛes chriſti eius. Et de his ſubdit: Ihi ſequūtur agnū quocūq; ierit. Nam ſicut agno per veram x̄ginitatē ꝓformes fuerūt i terris: ſic p veram ꝓformitatē ſequunť illū in celiſ. Secundo q̄ ad martyres ſubdit: Ihi empti ſunt ex oibꝰ primitie deo ⁊ agno. ℙer mortez eni a nepharijs hoibus violenť illatā a vita iſta que inter hoies agitur empti. i. adempti ſūt vt p̄mitie ſanctoꝛ ad glorīā dei ⁊ chriſti eſſe mereanť vel empti ſunt. ſ. ad glorīā pre ceteris hoibus p p̄cioſum ſanguinē ieſu chriſti; vt non ſolū ꝓformenť vite chriſti per ſimilitudinem moꝛ ſed etiaz mortis eiuſ p tolerantiā paſſionū ⁊ tormentoꝛ. De his quidem erat apls qui ℙhil. iij. optat ſe habere juſticiam que ex fide ē ieſu chriſti ad cognoſcendū illū et virtutē reſurrectiōis eius ⁊ ꝓfigurari moꝛti eius p ſocietatē paſſiōis ipſius. Tertio q̄ ad p̄dicatoꝛes ſubdit: Et in oze ipſoꝛ non eſt inuentū mendaciū: licet eni corruptiōe nature oīs homo ſit mendax. ℙrimo tamē gr̄e dei hi ſunt qui vita non mentiunť a vera iuſticia in credēdo: nec x̄bo mentiri p̄ñt veritatem chriſti negādo vel falſam doctrinā predicando. Unde ⁊ a ꝓtrario apls ℙho. j. de q̄buſdam ait: q̄ veritatē dei in iuſticia detinenť. Sed hi veritatem dei x̄bo ⁊ exēplo docent. Juxta illud q̄ apls ait. j. Coꝛ. ix. c. Caſtigo corpus meū ⁊ i ſeruitutē redigo: ne forte cum alīs p̄dicauerim ipſe reprobꝰ efficiar Unde ⁊ beatus Johānes q̄ſi rationem reddens quare non mentiunť in doctrina q̄. ſ. non corrupti in vita dicit: Sine eni macula ſunt ante thronū dei. i. in throno iudicij aſpectu examinār ſemetipſos vt vel maculā non habeat vel ꝓtractā moꝛ per penitentiā purgent: ⁊ ſic imaculati coram iudice pſeuerent.

Quid ſit ⁊ cui debetur palma. Capitulum. iij.

t Ertiū p̄miū btōꝛ multoꝛ dicit palma. Q̄d quidem nec radici. i. charitati nec operi debeť ſed volūtati. Tale p̄miū habuit beatus Martinuſ quia martyriū deſiderauit: licet opus martyrij non fuerit ſubſecutū. ℙropterea de ipſo eccleſia cantat. Quem ſi gladiꝰ pſecutoꝛis non abſtulit: tamē palmā martyrij non amiſit. Et de btō Franciſco legiť: q̄ tribus vitibus mare trāſiuit p martyrio ꝓſeq̄ndo: ſed q̄ illū dñs reſeruauit martyrio duri amoꝛis atq; illū intēdebat decoꝛare ſuis ſtigmatibꝰ ſacris in memoriā ſue ſacratiſſime paſſionis iō inť fideles vitā finire mirabiliť diſpēſauit: et tū palmā martyrij illi ex ſingulari gr̄a reſeruauit. ℙropterea de ipſo cantat eccleſia. O martyr deſiderio franciſce q̄to ſtudio compatiens hunc ſequeris ⁊c.

De triplici varietate fructuū beatoꝛ ⁊ quibꝰ beatis dentur. Capitulum. iij.

q Uartū p̄miū oꝛ fructꝰ. Et h̄ ſm Bonauē. diuiſificaſ ſm q̄tātie diuerſitatē q̄ triplex ē. ſ. ꝓiugal: vi

UVA. BHSC. IyR_032

dualis ⁊ ỽginal. Et de his loquit dñs Mat. xiij. q̃ q̃dam semia ceciderũt in terrã bonã ⁊ dederũt fructũ aliud cẽtesimũ aliud. lx. aliud. xxx. Prima ẽ ꝓtinẽtia ꝓiugal abstinens ab oi coitu illicito: huic cozrñdz fruct⁹. xxx. i q̃ est denari⁹ q̃ etna designat ⁊ ternari⁹. s. trium bonoꝝ ꝓiugũ videlz ꝓlis fidei ⁊ sacrañti: que q̃dem ad denariũ refert. i. ad gloziaz sempiternã. Secũda ẽ ꝓtinẽtia vidual abstinens in carne cozrupta ab oi coitu respectu tpis ⁊ psone a posteriozi tm̃: cui cozrñdet fructus. lx. in q̃ est denari⁹ eterna significãs et senarius opeꝝ in q̃b⁹ ꝓpter denariũ eterno rum debent se vidue exercẽ ſm ap̃lm. i. Timoth. v. Quoꝝ ꝓmũ est reddere vicem parentib⁹. scõm instare oronib⁹ ⁊ obsecratiõibus. tertiũ est filios educare. q̃rtũ est paupes hospitio recipe. q̃ntũ est sctõs pedes lauare. sextũ tribulationẽ sustinentib⁹ submistrare. Tertia ẽ ꝓtinẽtia ỽginalis abstinẽs in carne cozrupta respectu cuiuslibz tpis ⁊ psone: cui fruct⁹ centesim⁹ cozrñdet q̃ ꝓstat ex denario in se ducto. Iste cõpetit virginib⁹ que in terra manẽtes ãgelicã ⁊ ỽlectatiõib⁹ spũalib⁹ plenã ducũt vitã: ⁊ tm̃ interi⁹ sibi vacãt ꝓpt eternũ bonũ: qõ est denariũ inducẽ. Insup addendum ẽ q̃ cuz ỽginitas sit in carne cozruptibili ꝓpetuo icozruptiõis meditatio ỽgitas tria dicit. Primũ ab oi coitu illicito. scõm ẽ abstinere ab oi licito. tertiũ ẽ integritas mẽt⁹ ⁊ cozporis. Qrtũ ad pmũ dicit habitũ: ⁊ huic debetur aurea: Qrtũ ad scõz dicit ỽtutis statũ et huic cozrñdet fruct⁹ centesim⁹. Qrtum ad tertiũ dicit decozẽ: ⁊ huic cozrñdet aureola. Fruct⁹ aũt in ỽginib⁹ determiat ante se aureolã. Aureola vo pſupponit aureã: volũtati aũt ꝓtinẽdi ꝓpter deũ debet aurea. Sz cum addit i carne incozrupta supaddit ei aureola: q⁹ sic ẽ ꝓtinẽtia in suo summo. Ulteri⁹ tm̃ addit cui⁹libet tpis ⁊ psone fruct⁹ cõpetit ei.

Articulus. ij. de triplici iocũditate oĩum beatoꝝ qua vndiqz letabuntur.

Secũdũ mysteriũ accidẽtal glorie btoꝝ est glorioſe iocũditatis. s. quaz hñt scti in patria. Et ỏ hac pñ. subdit: Et q̃ iocũdũ. Jocũditatẽ nẽpe habebũt scti de oĩb⁹ creaturis nõ solũ de creatore. Hic Sap̃. v. c. scp̃. est. Accipiẽt. s. scti regnũ decoris ⁊ diadema spẽi de mãu dei. Diadema siq̃dem spẽi siue regnũ decozis nihil aliud est q̃ iocũde videre plenitudinẽ dei vni⁹ ⁊ trini hũanitatis christi rõnabiliũ ⁊ irrõnabiliũ sensibiliũ ⁊ insensibiliũ. Ihinc Aug⁹. vj. musice ait: Plenitudo nihil aliud ẽ q̃ equalitas numerosa: vnde vbi non ẽ nũs non est plenitudo: sicut patet in eo q̃ tm̃ vnũ oculũ habet Similit vbi est nũs sine eq̃litate non plenitudo: sicut patet i eo q̃ habet vnũ paruũ ⁊ vnũ magnũ. Triplicẽ autẽ iocunditatẽ habebũt sancti ꝓncipalit: primã extra se. scõam intra se. tertiã infra se.

De triplici gaudio quod habebunt sancti supra se. Cap. j.

Primã inq̃z iocũditatem scti habebunt supẽ se: sicut Esa. xxxv. testat di. Leticia sempiterna sup capita eoꝝ gaudium ⁊ exultationẽ obtinebũt. Triplici nanq̃z let. Primo nanq̃z leticia iocũdabunt scti in patria supẽ se: q⁹ videbunt supẽ se glorioſam christi aiam. Scõo vi debũt gliosuz christi cozp⁹ ⁊ facie. Tertio q⁹ videbũt glorioſaz eius vnionẽ. Primo nãq̃ letabunt: q⁹ videbũt christi aiam glorioſam seu spm̃. Un̄. j. Pe. j. In quẽ desiderãt angeli ꝓspicere ꝓpter admirandã plenitudinẽ eius. O que ⁊ q̃nta erit leticia aiarũ videre animam redẽptoris sui. Scõo videbũt christi corpus glorioſuz ⁊ facie. O q̃nta erit leticia btõrum cum regem celozuz in decoze suo videbunt: sicut Esa. xxxiij. c. testat di. Regẽ celorum in cozde suo videbũt. Jõ glorioſaz christi facie videre expectãs p̃s. dicebat: Adimpleb me leticia cũ vultu tuo. Ait eni adimpleb is q⁹ non tm̃ erim⁹ pleni nec solũmõ impleti. Nã pleni erũt beati de gloria primoꝝ: impleti ꝓpria gloria: sed adimpleti videdo faciem iesu christi. Jõ inq̃t: Adimpleb me leticia cum vultu tuo: nec dicit in vultu tuo sed cuz vultu. Angelos eni impleuit in vultu: ꝧ homines in vultu ꝓpt ꝓformitatẽ hois ad christum. Un̄ Jo. xvj. c. dñs disci. s. ait: Iterũ videbo vos ⁊ vos me: ⁊ gaudebit coz vrm: et gaudiũ vrm nemo tollet a vob. Tertio letabunt q⁹ christi vnionẽ glorioſam q̃s enũare posset gaudiũ qõ habebũt scti cũ videbũt finem suũ ſm carnẽ verũ deũ esse: quem videre sperans Job. xix. c. exultans ait: In carne mea videbo deum saluatorẽ meuz. Ihinc etiam Jo. x. c. dñs ait: Ego suz ostiũ: per me si quis introierit saluabit ⁊ ingrediet ⁊ egredietur ⁊ pascua inueniet. Quos exponens Aug⁹. ait: Propterea deus factus ẽ homo: vt totum hoiez in se glorificaret vt siue ingrediat siue egrediat pascua inueniat in suo pastore christo. i. siue ingrediat ad ꝓtempla-

UVA. BHSC. IyR_032

tionē dīnitatī siue ad ꝓtēplationē hūanitatī vtrobiqꝫ ꝛ ex vtroqꝫ inexplicabilē leticiam ꝛ gaudiū expiet. Tria igit̄ ꝑdicta sūt ista bona de qb⁹ ps̄.ait: Credo videre bo. dñi in ter.vi.

De triplici rōne ꝙ qtā sancti gaudēt intra se. Cap̄. ij.

Secundā iocūditatē habebūt sancti intra se ꝛ ꝑ triplici rōne. Prio rōne dispositiōis. scdo rōne actionis. tertio rōne dilatiōis. Primo nāqꝫ gaudebūt intra se rōne dispositiōis. Quilibꝫ beatus intelliget i se q̄ndā quasi inatā ꝛ insepabilē dispositionē q̄ possit corp⁹ ꝛ aiaz i gloria eternalit̄ possidē. Vñ ꝓpha i psona cuiuslibꝫ glorioſi ait: Hec requies mea i secu. se. ꝑ ha. q̄. ele. eā. Scdo gaudebūt rōne actiōis. Quilibet nāqꝫ btūs diligit semetipsuꝫ q̄tū seipsuꝫ intelligit fructuosum. ſ. q̄ ad aiaz ꝛ q̄ ad corpus. Vñ Mat. vij. Bona arbor fru. bo. fa. Et Esa. iij. dicite iusto qm̄ bñ: qm̄ fructū adinuentionū suaꝝ comedet. Et Sap̄. iij. Bonoꝝ laboꝝ gloriosus ē fruct⁹: quē. ſ. ipse experimentalit̄ gustat. Tertio gaudebūt rōne dilatiōis. Sancti nāqꝫ dilatāt intelligētiā suam ꝑ glorioſaz cognitionē ad totā ꝓpetuitatem tp̄is: in q̄ sine fine debēt gloriā possidē: in q̄ quidē cognitione q̄s exp̄mē posset q̄ta gaudebūt ac dilatabunt corꝺis iocūditate. Vñ ad quēlibꝫ eoꝝ Esa. lx. c. ait: Tūc videbis et afflues ꝛ mirabit̄ ꝛ dilatabit̄ cor tuū.

De tribus gaudebunt sancti extra se. Capitulū. ij.

Tertiā iocūditatē habebūt scti ex se De trib⁹ eni maxie letabūt̄. Prio de liberatiōe btoꝝ. scdo de afflictione dānatoꝝ. tertio de inclusiōe pctoꝝ. Primo letabunt̄ de liberatiōe btoꝝ. Propterea in psona sctoꝝ ꝓpha ait: Alia nra si. pas. ere. est de la. venā. la. ptri. est ꝛ nos li. su. In huius mysteriū. ij. Abachab. j. in psona btoꝝ dictum ē. De magnis piculis liberati magnifice gras agim⁹. ſ. dco. Scdo letabunt̄ de afflictione dānatoꝝ. Tāta nēpe erit vnio volūtatis btoꝝ ad volūtatē dei: q̄ nō poterūt aliud velle q̄ ipse velit. Propterea simul cum ipso ꝓgtulabunt̄ pulchritudini iusticie ei⁹: ꝑm q̄ de ipso Prou. j. scp. est. Ego q̄z i interitu vestro ridebo. Et de iustis btis dr: Letabit̄ iustus cū viderit vindictā. ſ. cuiuslibꝫ dānati. Et iterū ps̄. ait: Super eū ridebūt ꝛ dicēt: Ecce hō q̄ nō posuit deū adiutorē suū: ꝑ sperauit i multitudie diuitiarū suarū ꝛ ꝓualuit in vanitate sua ꝑ nūc ꝓmitur in iusticia aliena. Tertio letabunt̄ de inclusiōe pctoꝝ. Mā peccata q̄ maxie hoib⁹ nocuerūt post diē iudicij in inferno sicut in loco ꝓprio claudent̄.

Articul⁹. iij. q̄ ꝓpter tria gaudebūt sancti ꝺ fraterna ſocietate

Tertiū mysteriū circa accidētalem gloriā btoꝝ est glorioſe ſocietatis. De ꝺ ꝓpha subdit: habitare frēs in vnū. ſ. summū bonū q̄ ō est de⁹ Societas q̄ btoꝝ ꝓgregata in vnuꝫ ꝓpt̄ tria inenarrabili leticia gaudebit̄. Primo ꝓpter charitatē. scdo ꝓpt̄ nūositatē. tertio ꝓpt̄ varietatem.

Q̄ ſimul gaudebūt ex mutua charitate sancti. Ca. j.

Primo gaudebūt insimul ꝓpt̄ charitatem. Quilibꝫ eni btūs diliget quēcūqꝫ beatū: plus vel min⁹ ꝑm glorioſam ꝓfectionē actiuā ꝛ passiuā que erit in sctō. Propterea ps̄. ait: Vnaꝫ petij a dño scꝫ vitā eternā: ꝛ tñ nō determiat quā vnam petijt vt innuat q̄ illud ē oē bonū. Et subdit hanc req̄rā. i. iterū atqꝫ iterū querā vt inhabitem i domo dñi oib⁹ dieb⁹ vite mee: vt me reā volūtatē dñi. ſ. tā in se q̄ in suis btis ꝛ visitē templū ei⁹: ꝛ totā celestē hierusalē. i. oēs btōs. Q̄ sicut idē alibi ait q̄ tūc dñs reuelabit ꝺdēsa. i. vmbracula mysteriorū q̄ in p̄senti dicta sunt de gloria padysi māifesta fiēt ꝛ i templo ei⁹ oēs dicēt gloriam. i. amor. amor. amor. in q̄ maxie ꝓsistit gloria padysi.

Q̄ quilibet btūs multipliciter delectabit̄ in quolibet glorioso. Capitulum. ij.

Secūdo gaudebūt insimul scti ꝓpt̄ nūositatē. Scti nāqꝫ dilatant̄ spūalem atqꝫ glorioſum aspectū seu intuitū suū ad infinitū numerū btoꝝ in qb⁹ suam accidētalē gloriā debēt multiplicare ꝛ in effabilit̄ delectant̄ sicut ex p̄cedēti sermōe et vltimo articulo clarescere potuit.

Epylogus de tota supradicta gloria. Capitulum. iij.

Tertio gaudebūt insimul scti ꝓpt̄ varietatem. Nam gaudebūt eq̄les de gloria eq̄liū: miores de gloria mioꝝ: maiores de gloria maioꝝ: sicut diffuse dictū est. s. sermo. lxj. art̄. iij. et. c. ij. Hec igit̄ triplex gloria subalis: ꝓsubalis: ꝛ accidētalis est in qb⁹ claudit̄ ꝛ ꝓsumat̄ integritas ꝛ plenitudo oium bonoꝝ spectantiū ad gloriē cōplemētū. Qualia aūt ꝛ q̄ta sint illa nō verba mea ꝑ glorioſi Anſhelmi ponant̄: ait enī

UVA. BHSC. IyR_032

in fine. Excitare nũc aĩa mea ⁊ erige totũ intellectũ ⁊ cogita q̃tũ potes. Si eni singla p̃dicta delectabilia sũt: cogita ⁊ q̃le ⁊ infinituꝫ sit bonũ illud qđ ꝓtinet iocũditatẽ. Delectabilia sũt cogita ⁊ q̃le ⁊ q̃tũ sit bonũ illud qđ ꝓtinet iocũditatẽ oĩuꝫ bonoꝝ: nõ q̃le i creatl reb⁹ sum⁹ expti ꝑ tãto differẽti⁹ q̃to creator a creatura. Si eni bona ẽ vita creata q̃tũ est bona creatrix. Si iocũda ẽ salus pfecta: q̃tũ sit iocũda salus q̃ facit oĩm salutẽ. Si amabilis ẽ ꝓscia ⁊ sapia i cognitiõe rex ꝓditarũ q̃ amabilis ẽ sapia q̃ oĩa ꝓdidit ex nihilo. Deinde si multe ⁊ magne sũt delectatiões in rebus delectabilib⁹: q̃lis ⁊ q̃ta ẽ delectatio i illo q̃ fecit illa delectabilia: q̃ ꝫ bono fruet qđ illi erit ⁊ qđ illi nõ erit. Certe qcqđ volet erit et nolet eẽ nõ erit. Illi q̃pe erũt bona corpis et aĩe q̃lia nec oculus vidit: nec auri audiuit: nec cor cogitauit. Cur ꝑ multa vagari o homo q̃rẽdo bona aĩe ⁊ corpis tui. Ama vnuꝫ bonũ in q̃ sũt oĩa: ⁊ sufficit. Desidera vnũ sũmũ bonũ qđ est oẽ bonũ ⁊ satis ẽ. Quid eni desideras caro mea vbi ẽ qcqđ amas: qcqđ desideras? Si delectat pulchritudo: fulgebũt iusti sicut sol. Si velocitas aut fortitudo aut lĩbtas corpis tui: vt vbi nihil obsistere possit erũt similes angel⁹: qr semiaĩ corp⁹ aiale ⁊ resurget corp⁹ spũale: ptãte vtiq; ñ natura. Si longa ⁊ salubris vita vbi est sana eternitas quia iusti imperpetuũ viuent ⁊ salus iustorũ a dño. Si satietas satiabũt cũ apparuerit gloria dei. Si ebrietas inebriabũt ab vbtate dom⁹ dei. Si melodia ibi angeloꝝ chori ꝓcinũt sine fine deũ laudãtes. Si q̃libꝫ non immũda ꝑ mũda voluptas de torrẽte voluptatis tue potab cos. Si sapia ipse de⁹ sapia se ostẽdet eis. Si amicitia diligẽt deũ plusq̃ seipsos: qr illi illũ ⁊ ille se ⁊ illos ꝑ seipsum. Si ꝓcordia oĩbus illis erit vna voluntas: quia nulla erit eis nisi dei volũtas. Si ptãs oĩpotentes erũt sue volũtatis sicut deus sue. Mã sicut poterit deus qđ volet ꝑ seipsum: ita poterunt illi ꝑ illum qđ volent: quia sicut illi nõ aliud volent q̃ q̃ ille: sic ipse volet q̃cquid illi volent: ⁊ qđ ipse volet non esse si honor ⁊ diuitie deus suos seruos bonos ⁊ fideles supmulta ꝓstituet: imo filij dei ⁊ dij vocabunt ⁊ erunt ⁊ vbi erit ibi erunt ⁊ illi heredes qđez dei: coheredes autẽ christi. Si vera securitas certe ita certi erunt vt nunq̃ ⁊ nullaten⁹ ista vel potius illud bonũ defuturũ putent: sicut certi erunt se non sua sponte illud amissuros nec delectarẽt deuꝫ se delectorib⁹ suis inuitl ablaturũ. Nec deo potenti⁹ inuitos deum ⁊ illos paratuꝫ: gaudiũ ẽo quale erit aut q̃tũ vbi tale ac tm̃ bonũ cor humanũ indigẽs cor expertũ erũnos imo exitum erumnis q̃tuꝫ gauderes si bis abũdares. Integra intima tua si capere possunt gaudiũ suũ de tãta beatitudine sua: sed certe si quis aliusquez oĩno sicut teipsum diligẽs eandem beatitudinez haberet duplicaret gaudiũ tuũ: quia nõ minus gauderes pro eo q̃ pro teipso. Si vero duo vel plures idipsum haberẽt: tantũdem pro singulis q̃tũ pro teipso gauderes si singulos sicut teipsum amares. Ergo in illa pfecta etate vniuersaliũ angeloꝝ ⁊ hoĩuꝫ beatorum vbi nullus min⁹ q̃ seipsum diligit nec aliter gaudebit quisq; pro singulis q̃ pro seipso. Si ergo cor hois de tanto suo bono vix capiet suũ gaudiũ: quõ capax erit tot ⁊ tantorum gaudioꝝ? Et vtiq; quia q̃to quis diligit aliquem: tanto de eius bono gaudet: sicut in ipsa pfecta felicitate vnusq̃sq; pl⁹ amabit sine compatione deum q̃ se ⁊ alios secuꝫ ita gaudebit plus absq; estimatiõe de felicitate dei q̃ de sua ⁊ oĩum alioꝝ secum: sed si deum diligeret toto corde: tota mente: tota anima: nõ sufficiat dignitati dilectiõis. Profecto sic gaudebũt toto corde: tota mente: tota anima vt totum cor tota mẽs tota anima non sufficiat plenitudini gaudij. Nondum ergo dñe cognoui aut dixi q̃tum gaudebũt illi beati: tm̃ vtiq; tm̃ gaudebũt q̃tũ amabũt tm̃ amabũt q̃tum cognoscẽt q̃tũ cognoscẽt te et q̃tũ amabũt te. Certe nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hois ascendit in hac vita q̃tum te cognoscent ⁊ amabũt in illa vita. Ꝛo deus vt cognoscã te: amẽ te: vt gaudeam de te: ⁊ si non possum ad plenũ in hac vita non ꝓficiam indies vsq; dum veniat illud ad plenũ ꝓficiat: hic in me tui noticia et dei fiat plena. Crescat amor tuus ⁊ ibi sit plenus vt hic gaudiũ mecũ sit in spe magnuꝫ et ibi sit in te plenũ debeo per filium tuũ iubes imo ꝓsulis petere ⁊ ꝓmittis accipere vt gaudium nostrum plenũ sit deus verax: Peto dñe qđ per admirabilẽ ꝓsiliarium nostrũ cõsulis accipiaꝝ: qđ ꝓmittis per veritatem tuum gaudiũ meuꝫ plenũ sit. Meditetur interim mens mea: loquatur inde lingua mea: amet illud cor meuꝫ: fermotionẽ os meuꝫ esuriat illud anima mea: desideret tota substãtia mea donec intrem in gaudiũ dñi mei: qui est trinus ⁊ vnus deus benedictus ⁊ bñdicibilis in secula seculoꝝ Amen.

Dñica in octaua resurrectionis de mane que erunt exercitia beatorum. Sermo. lxv.

UVA. BHSC. IyR_032

Exultabunt sancti in gloria: letabunt in cubilibus suis: exultationes dei in gutture eorum ps. cxlix.

Jam ꝓtemplemus ꝙd facturi sint ꝛ in ꝙbus exercit⁹ se occupabit illa glorioſa ſocietas beatoꝝ: ꝛ ne in hac nona ꝓtemplatiõe de gratia paradyſi vagemur incerti. Prophet hic manifeſtat dicẽs: Exulabũt ſancti in gloria: ſc. i cubi. ſ. exul. dei in gut. eoꝝ. In quibus ſacratiſſimis verbis oſtendit ꝓpheta tria myſtica exercitia in quibus glorioſi ſemper occupabunt. Primũ ẽ tripudiare ſeu exultare ſiue chorizare. ibi. Exultabũt ſancti in gloria. ſcõm eſt ſonare. ibi. letabunt in cubilib⁹ ſuis. tertiũ eſt cantare. ibi. exultationes dei in gutture eorũ Que tria exercitia Apoc. xv. ponunt. vbi dicitur: Vidi tanq̃ mare vitreũ mixtum igne eos qui vicerunt beſtiã ꝛ imaginẽ eius: ꝛ numerũ nois eius ſtantes ſupra mare vitreum Et hoc tripudiũ eſt habẽtes cytharas dicentes: Ihc eſt ſonus: Et cantãtes canticũ moyſi ſerui dei ꝛ canticũ agni dicentes: magna ꝛ mirabilia ſunt opera tua dñe deus omnipotens: iuſte ꝛ vere ſunt vie tue rex ſeculoꝝ. Et hic eſt cantus.

Articulus primus q̃ ſancti in gloria tripudiabũt ꝛ exultadũt.

Primũ myſticũ exercitiũ beatorum erit exultare ſeu tripudiare ſiue chorizare: qz exultabũt ſancti i gloria. Exultare autem nihil aliud ẽ q̃ gaudiũ qõ eſt in mente extra ꝑ manifeſta ſigna corꝑis demonſtrare. Tria autem maxime neceſſaria ſunt ad tripudiũ ſeu chorum Primũ eſt ꝓueniens locus. ſcõm ꝓueniẽs cã tertiũ ꝓueniens ꝓſona.

De quadruplici natura loci i quo beati in gloria exultabunt. Capitulum. j.

Primũ quidem neceſſarium eſt ad tripudiũ ſeu choꝝ ꝓueniens loc⁹. Quattuor ꝓditiões debet hꝫ locus vt tripudio ꝓueniẽs ſit ꝛ apt⁹ ſeu vt mãſio ſit. Primo ampla. ſcõo ſpatioſa. tertio luminoſa. q̃rto firma ſeu duratiua que oia habet mãſio beatoꝝ ꝛ ciuitas ſummi. Primo q̃dem eſt ampla. Sicut enim inq̃t apls ad Rho. j. c. Inuiſibilia enim dei a creatura mũdi ꝑ ea que facta ſunt intellecta ꝓſpiciunt. Si q̃s enim ꝑ hec viſibilia ꝓſiderare cupit locum inuiſibilis paradyſi dei. ꝓſideret magnitudinẽ terre: qz maior i decuplo eſt aqua: aer decies ẽ maior q̃ aqua. Ignis decies eſt maior q̃ aer Sphera lune in decuplo ſup ignẽ. Mercuri⁹ in decuplo in ſphera ſua ſupat lunam. Venus tantũdem ſupat mercurũ. Sol tantundez ſupat venerẽ. Mars tantundẽ ſuperat ſolem. Jupiter tantũdem ſupat martẽ. Saturnus tantundẽ ſupat iouem. Celum ſyderium tantũdez ſupat ſaturnũ. Celũ chriſtallinũ tantundẽ ſupat ſtellatũ. Et celum empyreũ tantundẽ chriſtallinũ. Nunc autẽ ꝓſidera magnitudinẽ loci ꝛ latitudinez paradyſi. Propterea Baruch. iij. c. admirant ait: O iſrael q̃ magna eſt dom⁹ dei ꝛ ingens locus poſſeſſiõis eius: magn⁹ ꝛ non habet ꝓſummationẽ. Tante nanq̃ magnitudis eſt q̃ a nullo circũdat niſi a ſolo deo. Unde Eccl. xxiij. c. ait ſapientia dei: Gyrũ celi circũiui ſola qõ verificari non põt de aliquo alio celo: qz nullum eoꝝ a ſolo deo circũdat ſed ab vno oia ꝓtinent: habet enim integritatẽ ꝓfectã. Vide igitur q̃ ampla ſit habitatio beatoꝝ: ſ. de hoc. ſ. ſermo. xlj. ar. j. c. lati⁹ dictũ eſt. Secundo aũt eſt ſpatioſa. Quota aũt ſit pulchritudo celeſtis hieruſalẽ quis exꝑmere poſſet: Cum enim creauerit vnuſquiſq̃ quaſi palatium ſeu domicilia ſuũ ꝓm q̃ ꝓueniebat magnificentie ſapiẽtie ꝛ clemẽtie ſue: ꝛ dilecti filij ſui ac ſponſe ꝛ femine ſue hunc mũdũ ꝛ terram oibus inferiorẽ ꝓſtituit quaſi ſtabulũ ꝑ animalibus ſuis. i. ꝑ hoibus vt ibi hũiliati ſub mãu potentis dei in fine exultarent ad cubicula ſummi regis. Propterea pſ. ait: Animalia tua. i. humanũ genus habitaculũ in ea. ſ. terra paſti: in dulcedine tua paupi deus. i. paradyſum quem ſolũ eis qui affectu terrenorum priuati ſũt dñs ꝑparauit. Unde Mat. v. c. ipſe ait: Beati paupes ſpiritu: qm̃ ipſoꝝ eſt regnũ celoꝝ. Si igit tanta pulchritudine fulget ſtabulũ dei. ſ. figura hui⁹ mũdi q̃ trãſit: q̃ta pulchritudie fulgere debet thalamus ſummi regis qui ꝑmanet in eternũ. Conſidera pulchritudinẽ mũdi ꝛ aſcẽde ꝑ gradus ꝑnumeratos vſq̃ ad empyreũ celum: ꝛ ꝓm quemlibet gradũ elemẽtoꝝ ꝛ planetarũ atq̃ celoꝝ imaginare ꝓm doctores pulchriorez et nobiliorẽ naturã in decuplo ꝛ miraberis pulchritudinẽ paradyſi: ita vt ſi nobilis eſt terra in decuplo nobilior eſt aqua: ꝛ plus aqua in decuplo nobilior eſt aer: ꝛ ſic de ſingulis vſq̃ ad empyreũ celum. Unde Eccl. xliij. c. Altitudinis firmamentũ pulchritudo eius eſt ſpecies celi in viſſone glorie. Et iterũ pſ.

UVA. BHSC. IyR_032

inquit: Q dilecta tabnacula tua dñe virtutum: pcu. t deficit aiã. mea in atria dñi: sed ō hoc sermõe. xlj. dictum est. Tertio est lumio sa. Tanti vtiq; splendoris empyreũ celum ẽ: q si oẽs firmamẽti stelle haberent lucẽ: nihil esset i cõparatiõe luciditatis illi⁹: qz sic in sermone de anima pdictũ est: habet splendorẽ t q̃ si dotes gloriosi corpis. Addaꝫ q non tm̃ ibi erit lux btõz corpz atq; vgis mris dei: ꝫ etiam fulgidissimũ corpus t anima dñi nri iesu christi. Unde Apoc. xj. c. scriptum est. Ciuitas illa non eget sole neq; luna vt luceãt in ea. Nam claritas dei illumiabit eam: t lucerna eius est agnus. Propterea anima sapientia dei plena Sap. vij. c. ait: Sup salutem et pulchritudinẽ dilexi eaz: t ppositi p luce habere illam. Quarto autem firma atq; duratura qz eterna. Unde ps. ait: Regnũ tuũ regnum oium seculoz: t dñatio tua in oi generatiõe t generationẽ. Et Dan. vij. Ptãs eius ptãs eterna que nõ auferet: t regnũ eius qd̃ non corrumpet. Propterea ps. ait: Una petij a dño: hãc req. vt inha. i do. dñi om. die. vi. mee. Et huius desiderij alibi rationẽ assignat: qz gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Nec mirũ si ppter hec ẽttuoz supdicta tale regnũ precio a dño vẽdaꝫ charo. Solet etiã a iustis venditorib⁹ que chara sunt chare vẽdi. Nec etiam quisq; amicus dei potuit illd̃ emere absq; precio magno. Nam t petr⁹ illd̃ emit suplicio crucis. Paulus amputatione capitis. Bartholome⁹ decoriatione pellis. Laurentius craticule suplicijs: t sic de alijs psimilib⁹ multis: sicut narrat aplus. xj. c. ad Hebr. et Act. xiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ celoz: imo vt fortius dicam: Non potuit sufficẽ preciũ cuiuscũq; ementis nisi filius dei p supplicijs crucis precium integrasset: quia sicut paulus viij. ad Rho. testatur. Non sunt pdigne passiones huius tpis ad futuram gloriã que reuelabit in nobis. Hec quattuoz esse in loco beatoz a iohanne in pallegata figura mystice exprimunt. Primo eni latitudinẽ exprimit dicens: Vidi tanq; mare. Mare siquidẽ latum est t latitudinẽ exprimit paradysi. Scõo durabilitatẽ in vitro mõstrat: qz vidit tanq; mare vitreum: sed duo reliq̃. s. pulchritudo atq; luciditas insinuant cum addit: mixtum igne: quia ignis est pulcher t lumiosus esse dinoscitur.

Q ppt quattuoz causas sancti in gloria exultabũt.

Capitulum. ij.

Secundo qdem necessariuz est ad tripudium seu choz pueniẽs causa. Quattuoz cause sunt que maxime pueniũt tripudio seu choro. Prima est iocũditas. scda trãsquillitas. tertia satietas. q̃rta ebrietas q̃ oia strictissime t pfectissime psumabunt in beatis. Primo erit ibi iocũditas. s. ex visione summi dei t anime t corporis iesu christi. Propterea Joh. xvj. discipul suis ait: Iterum videbo vos t gaudebit cor vestrum: t gaudiũ vestrũ nemo tollet a vob Et iterum ppheta ait: Leticia sempiterna sup capita eoz t gaudiũ t exultatiõe obtinebũt Et iterũ alibi dicit: Et aia mea cognoscet nimis. Scõo ibi erit tranquillitas videlicet ex possessione dei. Unde Apoc. xiij. Amodo iam dicit spũs vt requiescãt a laborib⁹ suis. vt quilibz dicere possit illud Eccl. lj. Modicum laboraui t inueni mihi multam requiẽ Et iterũ ps. ait: In pace in idip. dor. t re. Et Esa. xxxij. Sedebit populus me⁹ in pulchritudine pacis. Tertio erit ibi satietas ex fruitione siue ex diuina dilectiõe. Unde Lu. xxij. c. saluator ait: Ecce dispono vobis regnũ sicut disposuit mihi pater vt edatis t bibatis super mensam meã. Non est tñ hec mensa materialis sed spũalis: in qua tot sũt fercula q̃t rerum oium relucẽt in diuina sapia rõnes. De hac mensa Proũ. ix. c. scrip. est. Sapientia edificauit sibi domũ. s. qñ assumpsit hũanam carnem: excidit columnas septem. s. qñ roborauit ecclesiã per spiritũ septiformẽ: posuit mensam qñ rationes eternas oium i regno suo anime regnãti prepat t posuit ptem plandas. Hec est mẽsa sup quã in gloria satiatur: sicut de se ppheta ait: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Quarto erit ebrietas scz ex imensa delectatiõe. Propterea ps. ait: Inebriabunt abvbtate dom⁹ tue: t torrente voloptatis tue potab eos. Hec ẽttuoz futura esse in btis a iohãne in mysterio demõstrantur. Mã primo iocũditas visiõis in lucido vitro. scõo tranqllitas possessiõis in pmanẽtia vitri. tertio satietas fruitiõis in latitudie maris. q̃rto ebrietas delectatiõis seu dilectiõis ibi mixto igne significat.

Q quattuoz habebũt scti que ad bñ exultandũ necessaria sunt

Capitulum. iij.

Tertio ẽ necessariũ ad tripudium seu choz pueniẽs psona. Quattuoz pditiões circa tripudiãdi artez

UVA. BHSC. IyR_032

necessarie sunt pfone ad iocūdū tripudiū exercendū. Prima est corpis formosi. scōa corporis fortitudo seu vigorositas. tertia ē corporis leuitas. q̄rta ē corpis ornat⁹: que oia pfecte sunt in btis. Primo ē in eis formositas. Vñ. Mat. xxij. c. dñs ait ō btis. qr erūt sicut angeli dei. Scōo in eis est vigorositas. Vñ. j. Cor. xv. Semiat in corruptiōe resurget in incorruptiōe. Tertio ē in eis leuitas: Jdeo ad Rho. viij. c. apls ait: Ipsa creatura liberabit a corruptiōis seruitute in libtatē filioz dei. Quarto ē in eis ornat⁹. Unde ad Phil. iij. apls ait: Saluatorē expectam⁹ dominū nr̄m iesum christū q̄ reformabit corp⁹ hūilitatis nr̄e pfiguratū corpi claritatis sue. Hec q̄ttuor ostēdit iohānes sctōs i gloria habituros. Et de ꝟ subdit: Et eos q̄ vicerūt bestiā t imaginē ei⁹ t numer⁹ nois ei⁹ sup̄ mare vitreū. Oēs quippe impugnationes diaboli mūdi t carnis ad tria potissime reducunt. s. ad violētias blāditias t malicias. Et q̄libet istoz triū inimicoz nr̄oz his trib⁹ aias iustorum expugnare nō cessant. Sz p dei gr̄am t p merita iesu christi oēs bti de his oib⁹ semper gloriosi triūphauerūt. Hā qr expugnauerunt inimicoz suoz potētias: vicerūt bestiā violētam p credulitatē eoz. Quia aūt triūphauerūt de eoz blāditijs vicerūt imaginē ei⁹ que pulchritudinē prefigurat: qr debellauerūt eorum malicias: vicerūt numer⁹ nois ei⁹. In numero aūt noticia denotat⁹ ꝓpter que omnia stant sup̄ mare q̄si inobilit⁹ in substātiali con substātiali t accidētali gloria pseuerāt: vnde ad tripudiū apti reddunt.

Articulus. ij. q̄ omēs sancti erūt in gloria maxīe ꝓpter quatuor pfectissimi cytharedi.

Ecūdū mysticū exercitiū btōz erit sonare. Et de ꝟ ps. inq̄t: Letabūt in cubilib⁹ suis. Cubiculū quidem aie q̄dāmō corp⁹ est. Letabunt ḡ sancti in cubilib⁹ suis cū in ꝓprijs corpibus ō adepta glia exultabūt t gloriā quā ꝓsequūtur a deo ꝓprijs corpib⁹ cōicabūt. Et q̄ ipsi spūs btōz erūt pulsatores: t corpora eoz instrumēta illoz atq; eoz pulsatio sue glie cōicatio erit. Et ō ꝟ etiā Jo. ait: Habētes cytharas dei. Cythare q̄dē dei q̄d aliud indicāt q̄z corpa btōz? Quoz q̄dā sunt abstinētijs t penitētijs castigata sicut in pfessoz⁹. Quedā sunt etiā diūtis penit⁹ attrita: sicut patz i martyrib⁹. Ex duob⁹ enī cythara ordinat⁹. s. ex ligno q̄ō ex interiori pte vacuū ē: t ex chordis que de viscerib⁹ aialiū fiūt. Harū cytharaz cytharedi sicut dictū est sunt ipsi spūs btōz q̄ varios exultatiōis sonos in subditis sibi corpib⁹ efficiūt. Vñ q̄ta in corpib⁹ ꝓpt deuz afflictis ad tpus fuerat: durior amaritudo supplicioz: tāta in eis i eternū redūdabit dulcedo p̄mioz t gaudioz. Vñ. iij. Regl. x. c. Jn mysterio scp̄. est q̄ rex salomon de lignis thynijs q̄ attulit regina saba fecit yras t cytharas cātoz⁹ dom⁹ dei. Quid p reginā saba nisi ecclesia sctā designat⁹ que q̄tidie stat i exercitū t pugnat c̄ diabolū t maliciā eius. Hec aūt affert salomoni. i. regi pacifico christo ligna thyna ꝟ est sctōz corpa diūtis laboribus t penit⁹ attrita. Thyna siq̄dē hūilia vl re spōdentia interp̄tant⁹. Vñ p illa sctōz corpa merito designant⁹ cum ꝓpt christum vsq; ad puluerē hūilia pseuerēt atq; tāte subiectiōis ignomine rūdet eis gloria retributiōis etne Vñ t christ⁹ de his lignis cātoz⁹ dom⁹ dñi cytharas fecit cū gloriā spirituū fecit in eorū corpa redūdare vt corpoz gloria rūdeat foris bitudini quā spūs intus hūs t gaudiū spūs in corpa de sua felicitate rūdet quēadmodū ex gaudio mētis vult⁹ alacritatē ostē dit: sicut t cytharedo son⁹ chordaz p attactū eius in cythara comp̄hēdit⁹ reboare. Quattuor siq̄dē circa artē sonādi sunt que req̄runtur ad bñ sonandū. Primū est manus leuitas. scōm ē man⁹ infatigabilitas. Et ꝟ duo ꝓma ptinēt ad sonātes. tertiū est instrumētū bonū. q̄rtū est instr̄m bñ temperatū: t pertinent hec ad instr̄a que oia sunt pfectissime in btis. Primo q̄dē ipsi spūs btōz q̄ sunt sonatores corpoz ꝓprioz hūt leuissimas manus nō tñ ex ꝓpa lui natura: verūtiā qr ꝑmptissimi sunt ad tendēdū in deū vt nō soluz ex ꝟ fiāt q̄dāmō leuiores in se verūtiā sicut supi⁹ dictū est sub rectis opib⁹ hāc leuitatē p dotē agilitatl impartiant⁹. Scōo ipsi spūs ad sonā dū hūt infatigabiles man⁹ cū adhereāt infatigabili deo. Et ex ꝟ nō tñ ipsi spūs infatigabiles fiūt: verūtiā infatigabilitatē t impassibilitatē cōicāt corpib⁹ suis. Vñ de his duobus simul Esa. xl. scriptū est. Mutabūt fortitudinē assumēt pēnas vt aq̄le: volabūt t nō deficiēt. Tertio habebūt tales spūs optima instr̄a. i. corpa sua btā t glorificata. Quarto hūt instr̄a sua bñ temperata: qr erūt corpora eoz in gloria ꝓsummata ita q̄ nulla intemperie poterūt variari.

Artiulus. iij. de triplici cantu et diuersis laudib⁹ oīuz btōz

UVA. BHSC. IyR_032

Dñica in octa. resurrec. que erũt exercitia bea.

Tertiũ exercitiũ mysticuz btõz erit cantare ꝛ deũ laudare. Et de h̄ ps̄ subdit: Exultatiões dei in gutture eoz. Scõm glo. sup h̄ ẋba ait: q̄ in patria erit son⁹: qz ibi erit laus vocalis et imutabit auditũ si facta aliq̄ mutatiõe naturali ꝛ materiali in auditu nec in medio et generabit in ipso medio absq̄ materiali passibilitate vel in aere in loco formatiõis vocis reseruato q̄ ibi incoꝛruptibiliter pmãebit. Vel ꝑm opi Rich. i. iij. di. lxxxix. dici põt: q̄ partes empyrei celi diuidi pñt a se inuicẽ ꝛ iterũ reuniri: sicut ꝓcipim⁹ in ptib⁹ aeris fieri. ꝓ teste etiã ꝑm sui ptes moueri tremoꝛis motu ꝛ pati illa passiõe q̄ necessaria est ad vocis formationẽ ꝛ inspirationẽ. Cũ eni hic motus sit vocalis dicũt q̄dã q̄ erit in btis. vnde ita se habebit illud coꝛpus ad coꝛpa btõz sicut aer ad coꝛpa coꝛruptibilia: ꝛ celũ aqueũ in se habebit ad eos aliquõ sicut ad nos se habet terra: q̄ ad h̄ q̄ habebũt pedes suos sup ꝓnexitatẽ illius q̄uis q̄cũq̄ placebit eis ita se sine difficultate eleuare poterũt vt illud nõ tãgant. Et cũ illud coꝛp⁹ incoꝛruptibilis sit nature sicut ẽ in celo stellato est soliditas ꝛ firmitas create non sunt p q̄ttuoꝛ p̄rias q̄litates que sunt caliditas frigiditas humiditas et siccitas sicut q̄litas p quã celũ empyreũ ẽ penetrabile ꝛ p̄dicto mõ possibile nõ est aliqua de q̄litatib⁹ antedictis. Nec p aliquã illarum quõlibz creatã. Dicit g̃ ꝓpha: Exultationes dei. i. de magnificẽtia dei in gutture eoꝛum. Triplex tñ est btõz cant⁹ in gl̃oso regno. ꝓim⁹ ẽ generał. scõs ẽ vocał. tertius ẽ mẽtalis siue intellectualis.

De tenoꝛ ꝛ biscãtu vocał cantus sanctoꝛ. Cap. j.

Primus aũt cant⁹ erit generał: qz ab oib⁹ saluatis generaliter fiet. Et de h̄ btũs iohes subdit: Et cantãtes canticũ moysi serui dei ꝛ canticum agni. In q̄ oñdit q̄ in btõz cãtu erit tenoꝛ ꝛ biscantus. ꝓim⁹ erit tenoꝛ liberatiõis. scõs erit biscantus gl̃ificatiõis. ꝓim⁹ qz erũt liberati ab oi malo. scõs quia erũt cõfirmati i omi bono. ꝓim⁹ erit cant⁹ liberatiõis ab oi malo: ꝛ h̄ est tenoꝛ. Laudabũt q̄dẽ summũ opificẽ: qz liberauit eos de insidijs diaboli ꝛ malicijs pcti: de laqueis seculi atq̄ de penis inferni. Et de h̄ cãtu subdit: Et cãtãtes cãticũ moysi serui dei vt mystice demõstrẽt q̄ sicut p manũ moysi educt⁹ est de egypto ꝓpł̃s dei: sic p meritũ christi educt⁹ est ꝓpł̃s btõz de tenebris huius vite ꝛ de piculis aduersarioꝛ suoꝛ vt merito cantare possit ꝓpł̃s iam btũs qõ cãtauit ꝓpł̃s dei a ꝓpł̃o egypciaco ꝛ pharaonico liberat⁹: ꝛ dicat illud Apoc. xv. Cantem⁹ dño gloriose eni honorificat⁹ est equũ ꝛ ascẽsoꝛem ꝓiecit in mare. Et iterũ in coꝛ ꝑsona p̄s. cãtat di. Bñdict⁹ deus q̄ nõ dedit nos in captionẽ dentib⁹ eoꝛ. Aia nr̄a sicut passer erepta est de laqueo venãtiũ. Laque⁹ ꝓtri. ẽ ꝛ nos libe. su. Adiutoriũ no. i no. do. q̄ fe. ce. ꝛ ter. Scõs erit cant⁹ gl̃ificatiõis. s. in oi bono. Et hic biscant⁹ qz ꝓsiderabũt gloriã sempit̃nam quã p meritũ agni adepti erũt: tam in aia videndo possidẽdo ꝛ diligẽdo deũ: q̄ in coꝛpe lucido impassibili subtili ꝛ agili: q̄ etiã in visione ꝛ ꝓsortio coꝛpis christi gl̃osi ꝛ btẽ v̄ginis marie ꝛ oium btõz. Et de h̄ iohs subdit Et cãticũ agni. s. cãtabũt agno dei iesu christo oẽm ꝓsecutã gloriã apꝛopiãtes.

De vocali laude btõz ꝛ q̄ de quattuoꝛ maxime glorificabunt deum. Capitulum. ij.

Secũdus aũt cant⁹ erit vocalis: qz exultãdo cãtabũt de gloria magnificẽtie magni dei: ꝛ de excessu salutis sue. Ad bñ canẽdũ circa ipsam artẽ q̄ttuoꝛ req̄runt̃. ꝓimo vox bona. scõm vox pulchra. tertiũ vox alta. q̄rtũ vox infima. q̄ oia i btis pfecta erũt. Coꝛpali igit̃ voce gl̃ificabũt laudabũt ꝛ magnificabũt deum. ꝓpterea dicẽt magna ꝛ mirabilia sũt opa tua dñe ds ops. Juste ꝛ vere sunt vie tue rex seculoꝛum vbi oñdit q̄ magnificabũt deũ de q̄ttuoꝛ magnificẽtijs suis. ꝓimo de potẽtia. Jõ dicẽt: Magn̄ sunt opa tua dñe ds ops. Nihil vtiq̄ mai⁹ q̄tũ ad potentiã q̄ triũphare de illo cuius ptãti nihil compabile ẽ in terra qui vtiq̄ diabolus ẽ: de q̄ Job. xl. Nõ est ptãs sup terram que comparet̃ ei. Magn̄ etiã sunt in liberatiõe potenti ab oib⁹ alijs adũsarijs suis. Magn̄ etiã sunt qz vtiq̄ ps̄. testat̃. Oia quecunq̄ vo. do. fe. dñs in celo ꝛ in terra in mari ꝛ in oib⁹ abyssis. Scõo magnificabũt cum de sapia: q̄ oia que vult dispẽsat: vñ dicet et mirabilia: nihil vtiq̄ mirabili⁹ etiaz est q̄ de opib⁹ diaboli ꝛ mistroꝛ sic mirabiliter dispẽsare vt licet plurime sctis sint tñ ꝫ eos ẋtit̃ q̄cquid ꝑ se facẽ arbitrant̃. ꝓpterea de tali mirabili dispẽsatiõe Eccl. v. c. ait: Excelso excelsioꝛ ali⁹ ẽ. s. diabolus potẽtiã ꝛ sciam q̄libet mistro suo. Et super hos q̄ eminẽtioꝛes sunt alij. s. angeli gloriosi q̄ bñ dispẽsant de eoꝛ opib⁹ malis. Tertiũ vo ad vniũsale dñiũ

UVA. BHSC. IyR_032

ipsius dei q̄ oia p oīpotentiā regit ⁊ mirabili ter p sapiam dispēsat como de subinferē. Et insup vnius terre rex impat seruienti. i. creature sue que sibi ad volūtatem seruit vel ipse iuxta voluntatē suā de illa dispēsat. Tertio magnificabūt de iusticia que oēm ineq̄litatē et iniusticiā ab eis tollit. Vñ subditur: Juste sunt vie tue rex dñe seculoꝝ. Quarto magnificabūt deū de mia. Vñ subdit: et vere sūt sc̄z p miam q̄ i se sperātib⁹ semp assistit. Vñ etiam p̄s ait: Rectus ē dñs deus vere ⁊ non est iniq̄tas in eo. Hec q̄dē quattuor magnificentie dei maxie aparebūt in ope redēptionis hūane. Primo eni q̄d sapienti⁹ q̄z hūane redemptōis viam inuenire que impassibilis erat ex parte creature que nō suffecit ad redimendū. Impassibil' etiaꝫ erat ex parte dei qui inhabilis erat ad moriēdū. Que etiā sapientia maior q̄z duo maxime distantia i vnius p̄sone simplicitate sine compositiōe copulare. Scō q̄d potenti⁹ q̄z mortale ⁊ imortale vnū facē: sicut p̄s ait simul in vnū diues et paup. s. p diuinā sapiam copulati sunt. Tertio que insticia amor atq; rigor q̄z ne iniusticia multa esset filium suū vnigenitum daret. Quarto que mia leuior q̄z vt seruis suis parceret filiū ꝓpriū supplicio cruciaret. O imensitas misericordie dei.

De intellectuali cātu bt̄oꝝ et vigintiquinq; rōnib⁹ quare ab oībus beatis diligit' laudatur ⁊ glorificatur deus. Cap. iij.

Tertio bt̄oꝝ cant⁹ erit mētal' seu intellectualis. Voces aūt hui⁹ cantus non voces corpales sed admirationes mētales sunt que resultāt in bt̄oꝝ mētes ex rōnib⁹ q̄s comp̄hēdūt q̄re ab eis diligēdus est deus. Mā q̄d boni acceperūt: accipiēt ⁊ accepturi erūt: resoluēt i ipsum p̄mū p̄ncipiū deū. Possunt aūt ad p̄sens. xxv. admiratiue rōnes assignari q̄re a beatis diligēdus erit de⁹. Que. xxv. bt̄oꝝ laudes sint cantus noiari p̄nt q̄s explicare nō piget in p̄sona illoꝝ bt̄oꝝ q̄b⁹ q̄uenit huiuscemodi rōnes. In q̄b⁹ manifeste clarescit q̄tū ab eterno nos dilexit deus ⁊ diliget in eternū. Has igit rōnes oēs bri altissimis clamoribus intellect⁹ corā cūctoꝝ opifice repetūt: q̄ruz q̄dam respiciūt preteritū: q̄dā p̄s: q̄dā etiā futurū. Primo eni q̄libet bo altissimo dicz. Tu es dñe benign⁹ creator me⁹ ad tuā imaginez et similitudinē me creādo. Scō tu pi⁹ p̄curator me⁹ me p̄tinue nutriēdo. Tertio tu solicit⁹ custos me⁹ semp me p̄seruādo. Quarto tu zelans p̄dicator me⁹ me diligētissime instruendo. Quinto opator me⁹ fidelis in me saluationē exercēdo. Sexto tu ver⁹ illūinator me⁹ me spūaliter irradiādo. Septio tu cordial' inamorator me⁹ de te inamorādo. Octauo tu dulcissim⁹ amor me⁹: me in te totaliter transformādo. Nono tu redēptor me⁹ temet ipsuz p me pciū dādo. Decimo tu solus glificator me⁹ sicut expior me in te btificādo. Undecimo cum tu in tāta altitudie p manēs in meaz infirmitatē descendē voluisti vt me in tantaz altitudinē sublimares. Duodecimo cū habitares in hāc inaccessibilē lucē assumpsisti me am obscuritatē vt me hac luce vestires. Tertiodecimo cū in tam admirabili angeloꝝ cō sortio morarer⁹ in meā solitudinē descēdisti dñe de⁹ me⁹ vt me infra tale p̄sortiū collocares. Quartodecio cū intra tot admirandas diuitias morareris pauptatē meā suscipe dignat⁹ es: vt his admirādis diuitijs me ditares. Quindecimo cū esses tu dñe in tot admirādis honorib⁹ honorat⁹ p̄fusionē meam assumē voluisti: vt me tecū in tāta gloria honorares. Sedecimo cū infra tot desiderabiles delicias letareris dulcissime dñe: p me indigno penas meas assumē dīgtus es: vt ad hāc impassibilitatē ascendē possem. Decimo septimo cū esses iudex vt me p̄dēnares: fecisti te aduocatū meū vt me liberares. Decio octauo cū essem inimic⁹ tu⁹ mortalis fact⁹ es frat me⁹ corpalis vt fierē frat tuus celestialis Decimonono cū cēs dñs ⁊ dñator me⁹: factus es hūilissim⁹ seru⁹ me⁹ vt ad tm̄ dñium sublimarer. Vicesimo cū esseꝫ creator meus et de⁹ me⁹ fecisti te filiū meū vt fierē de tali filio p̄. Vicesimop̄mo tu gl̄iosus ⁊ infinit⁹ et amorosus ⁊ bñdict⁹ ꝓpt amorē meū assumē do naturā meā q̄dāmodo p carcē assumpsisti: volēs hūanitatē meā vilissimā cū admiranda dinitate tua vnire. Vicesimo secūdo tu dñe oium bt̄oꝝ glorie padyſus in natura mea tuū carcerē ⁊ incarceratū incarcerando vt ex v̄gine nascēs me reddēs certū q̄ hō factus es vere de⁹. Vicesimotertio tu micors et miserator ōs derelinq̄ns mūdū ascēdisti i celū credo vt me glificares ⁊ in sacro altaris gl̄iosus atq; cūctis alys sacris potentialit' ac miraculole mecū benignissime remansistivt p illa ad eternā gloriā pueniremus. Hec siq̄dē rōnes vltime que immediate subdunt ꝓpt q̄s ab oibus bt̄is diligēdus ē ōs q̄si in summo sūt excellētissime in oib⁹ gloriosis. Prima ē q̄ ad-

UVA. BHSC. IyR_032

mirāda magnificētia dei tante dulcedis ē q̄ dignaꝫ ex debito diligi ab oīb⁹ creaturis q̄tū cuiuslibet virtus creature se pōt extēdere ad amandū. Scōa ꝛō est q̄ quelibet creatura intelligit ampli⁹ diligi a sūmo deo q̄ sit omnis amor a creaturis ꝛ inf oēs creaturas mutuo inspirat⁹. O igiꝫ beata regio paradysi. O beata regio delitiarū ad quā suspiro de valle lachrymarū. Ubi ē plūmata sapia sine ignorātia: vbi impleta ē memoria sine obliuiōe: vbi irradiat⁹ est intellect⁹ sine errore: vbi ratio sine obscuritate fulgebit. O vita vitalis dilecta ꝛ amabiliꝫ ꝛ semp memorialiꝫ: vbi felix eternitas: eterna brītudo: ꝛ btā sine fine visio vere beati q̄ habitabūt ibi ꝛ laudabūt dñm in secula seculoꝝ Amen.

Dñica in octaua resurrectionis infra diem de pugna ꝛ sacco manno paradysi siue celestis hierusalem. Sermo. lxvj.

